35. 36. Ecclesia (Romana)... videamus quid didicerit, quid docuerit, quid cum Africanis quoque ecclesiis contesserarit... Legem et prophetas cum evangelicis et apostolicis literis miscet. Inde *potat* fidem, aqua signat, sancto spiritu *vestit*, eucharistia *pascit*, martyrium exhortatur: et ita adversus hanc institutionem neminem *recipit*. Praescr. c. 36. p. 46 sq.

36. Cum *in* [14]*carcere* fratrem vult *visitari*, [15]confessuris imperat curam. Scorp. c. 11. p. 377.

41. Cum.. *diabolus abierit in ignem quem praeparavit illi deus et angelis eius.* Hermog. c. 11. p. 94.

Iam et ipso *diabolo* cum *angelis suis ignibus* merso... Resurr. c. 58. p. 332.

Angelis perditio reputatur in *ignem praeparatum diabolo et angelis eius.* Carn. c. 14. p. 375.

41—46. Cum (Christus sc.) deum vindictam facturum electorum suorum adfirmat, passiones consolatur illorum. Scorp. c. 11. p. 377.

---

9) I. 294. *omnium hominum gen.* Fuld. — 10) *persolvendum* Gelen. Gorz. — 11) *exinde pendendum* Paris. (Baluz.) Erlang. Rhen. II. Pam. (Oxon.) Gorz. Pamelii libri. *exinde prehendendum* Gelen. *exin dependendum* Rig. Haverc. *exinde dependendum* Paris. quart., Goth. Fulv. Ursin. *exinde deprehendendum* Rhen. I. *exinde* Herald. — 12) *in* om. Paris. quart., Erlang. Rhen. I. II. Gelen. Pam. — 13) *perpetuitatis aeternitatem* Erlang. — 14) *carcerem* Agob. — 15) *confessuris* Agob. Gagn. *confessoris* reliq.

Cap. XXVI.

6—13. Peccatrici feminae etiam corporis sui contactum permittit, lavanti lacrimis pedes eius et crinibus detergenti et [1]*unguento sepulturam* ipsius *inauguranti.* Pudic. c. 11. p. 393.

7. 12. Ne forte dicatur quod.. alium postea *unguenti* senserit spiritum *quod in sepulturam suam acceptavit.* Anim. c. 17. p. 245.

15. Plane [2]non gratuita idololatria, aliquibus aureis venditans [3]Christum, ut *argenteis* Judas. Coron. c. 12. p. 357.

Triginta argenteis appretiatus a proditore. Resurr. c. 20. p. 248.

17. Quae passio.. intra tempora LXX hebdomadarum perfecta est sub Tiberio Caesare, consulibus Rubellio [4]Gemino et [5]Fufio Gemino, mense Martio, temporibus paschae, die VIII. Calendarum Aprilium, *die prima azymorum*, quo *agnum* [6]ut occiderent ad vesperam a Moyse fuerat praeceptum. Iud. c. 8. p. 300.

Cum omne vulgus filiorum Israel ad vesperam *agnum* esset immolaturum, et hanc solennitatem diei huius, i. e. *paschae azymorum*, cum amaritudine manducaturos praecanebat.. Quod ita quoque adimpletum est, ut *prima die azymorum* interficeretis Christum. Iud. c. 10. p. 320.

20—25. Etiam *proditorem suum*

1) I. 814. *ungenti* Agob. — 2) I. 448. *non gratuita* Gagn. Gelen. Pam. Rig. *non gratia* Laurent. Rhen. I. *gratuita* Agob. (prob. Hild.). — 3) *Christum* om. Agob. — 4) II. 719. *Geminio* Agob. — 5) *Fufio Gemino* Fr. Iunius. *Rufino Gemino* Rigalt. *Rufio Geminio* Leid. *Rufio Gemino* reliq. — 6) *occiderunt ad vesp. sicuti a M.* Fuld.

secum habuit nec constanter denotavit. Pat. c. 3. p. 79.

24. Et dominum tradi oportebat, sed *vae traditori*. Praescr. c. 30. p. 36.

26. Corpus eius in pane censetur: *Hoc est corpus meum*. Orat. c. 6. p. 8.

26. Sic .. deus in evangelio... revelavit, *panem corpus suum* appellans [Luc. 22, 19]. Marc. III. c. 19. p. 164.

26. 27. Eucharistiae sacramentum, et in tempore *victus* et *omnibus* mandatum a domino, etiam antelucanis coetibus nec de aliorum manu quam praesidentium sumimus. Coron. c. 3. p. 341.

27. 28. Ne forte dicatur quod .. alium postea *vini* saporem (senserit) quod in *sanguinis sui* memoriam consecravit. Anim. c. 17. p. 245.

38. *Anxia est*, inquit, *anima mea usque ad mortem*. Carn. c. 13. p. 374.

38. *Trepidat* (caro) *ad mortem*. Carn. c. 9. p. 367.

Alium magnanimum, alium vero *trepidantem*. Carn. c. 24. p. 395.

Quanquam et *animam* circumferret *trepidantem usque ad mortem*. Resurr. c. 18. p. 244.

Una *anima*, illa *tristis usque ad mortem*. Carn. c. 13. p. 375.

Professus .. et ipse est *animam anxiam usque ad mortem*. Fug. c. 8. p. 186.

Caro ... *anxia usque ad mortem*. Prax. c. 27. p. 259.

39. Postulans .. sed subiungens et reliqua: *Verum non quod ego volo, sed quod tu*. Fug. c. 8. p. 186.

39. *Postulavit* et ipse a *patre*, *si fieri posset*, *transiret ab illo calix* passionis. Fug. c. 8. p. 186.

40. 41. 56. *Temptati* sunt dominum deserendo [6] qui *somno* po-

6) I. 563. *quia* Agob. (Baluz.) Gagn. *qui* Gelen. Pam. Rig. Murat.

tius indulserant quam *orationi.* Orat. c. 8. p. 10.

40. 51. 56. 57. 69 sqq. Adeo *temptati* sunt, quoniam *obdormierunt*, ut adprehensum dominum *destituerint*, et qui cum eo [7] perstiterit et *gladio sit usus*, *ter* etiam *negaverit.* Bapt. c. 20. p. 207.

41. Hunc locum posterioribus confirmat: *Orate*, dicens, *ne temptemini.* Orat. c. 8. p. 10.

Vigilate et orate, inquit, *ne incidatis in temptationem.* Bapt. c. 20. p. 207.

Spiritus promptus, *sed caro* sine patientia *infirma.* Pat. c. 13. p. 99.

Dixit dominus: *Caro infirma*, sed praemisit et: *Spiritus promptus.* Monog. c. 14. p. 165.

Caro enim, inquit, *infirma.* Carn. c. 9. p. 367.

41. *Carnem* legimus *infirmam*... legimus tamen et *spiritum firmum.* Ux. I. c. 4. p. 78.

Scimus ex dominico praecepto quod *caro infirma* sit, *spiritus promptus.* Mart. c. 4 in.

Professus .. est ... *carnem infirmam*... Praeponit: *Spiritus promptus.* Fug. c. 8. p. 186.

47. 49. .. quibus inde conceperat viribus occurrit illi, [8] *Κύρια χαῖρε.* Valent. c. 16. p. 167.

51. 52. Patientia domini in *Malcho vulnerata* est [Io. 18, 10]. Pat. c. 3. p. 79.

52. Increpito etiam *Petri gladio.* Fug. c. 8. p. 186.

Omnem postea militem dominus in *Petro exarmando* discinxit. Idol. c. 19. p. 177.

Itaque et *gladii* opera maledixit in posterum. Pat. c. 3. p. 79.

Domino pronuntiante, *gladio*

7) I. 640. *praestitit* Gagn. — 8) II. 403. *quirie* (*quiri* Vind.) *chaere* Vind. Leid. Rhen. I. Gagn. Gelen.

periturum qui gladio fuerit usus. Cor. c. 11. p. 354.

52. 53. Ille cui *legiones angelorum*, si voluisset, uno dicto de caelis adfuissent, ne unius quidem [9] discentis *gladium* [10] ultorem probavit. Pat. c. 3. p. 79.

Gladium nec dominicae defensioni necessarium reddidit. Coron. c. 1. p. 338.

53. Illius ... cui sancti abundabant. Marc. IV. c. 8. p. 205.

Nec auxilium *a patre* [11] *angelorum exercitum* desideravit. Fug. c. 8. p. 186.

Habens potestatem *legiones angelorum postulandi* ad auxilium *a patre*, si vellet. Prax. c. 26. p. 255.

54. 56. Ut *scripturae implerentur* de ore prophetarum. Iud. c. 10. p. 314.

Ut et prophetiae *implerentur*. Iud. c. 10. p. 320.

Ut ea quae praedicata sunt a prophetis, per vos ei obventura *implerentur*. Iud. c. 10. p. 313.

64. Cum illam (carnem Christi) et *ad dexteram* patris in caelis *praesidere* meminerimus et *venturam* inde suggestu paternae claritatis praedicemus. Carn. c. 16. p. 379.

67. An ausus esset [12] aliquis ungue summo [13] perstringere corpus novum, [14] *sputaminibus con-*

---

9) I. 592. *educentis* Rhen. I. (ex libro Paterniacensi). — 10) *in ultorem* Gelen. Pam. — 11) I. 475. *angelorum exercituum* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *angelorum exercitum* aut *angelicorum exercituum* Rhenanus. *angelorum exercitum* Rig. — 12) II. 444. *aliqui* Agob. (Hild.). — 13) *pertinguere* Agob. (Baluz.). *perunguere* Agob. (Hild.). — 14) *sputaminibus* Agob. Rig. *ullam sput.* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *illam sput.* Rhen. I. in marg.

taminare faciem..? [Mt. 27, 30]. Carn. c. 9. p. 367.

67. 68. *Despuitur,* [15] *verberatur,* deridetur. Pat. c. 3. p. 79.

Cap. XXVII.

2. Cum vero *traditur*... Pat. c. 3. p. 79.

Quem isti ... in *Pilati* tribunal imponunt. Prax. c. 16. p. 229.

3. Locupletes pro morte eius, qui scilicet .. a *Iuda* traditionem redemerant. Marc. III. c. 23. p. 176.

3—10. Et quantitatem et exitum *pretii* postea *Iuda paenitente* revocati et in *emptionem* dati *agri figuli*... *Hieremias* praecanit. Marc. IV. c. 40. p. 357.

5. Pecuniam... *proiectam.* Marc. IV. c. 4. p. 191.

9. 10. Sicut in evangelio Matthaei continetur, Hieremias praecanit: *Et acceperunt triginta* [1] *argenteos, pretium appretiati* [2] vel honorati, *et dederunt* [3] *eos in agrum figuli.* Marc. IV. c. 40. p. 357.

22. 23. Pueros vocem, qui *crucem clamant?* [Luc. 23, 21]. Valent. c. 2. p. 145.

24. Cum deditur in crucem, *aqua* intervenit; sciunt *Pilati manus.* Bapt. c. 9 ex.

25. Illos .. qui hanc ultro sibi sententiam fue-

---

15) I. 592. *flagellatur* Magliab. — 1) II. 267. *argentea* Rig. — 2) *vel honorati* om. Latin. et Iunius. — 3) *ea* Rhen. I. Rig.

rant irrogaturi: *Sanguis illius super capita nostra et filiorum nostrorum.* Marc. II. c. 15 ex.

Omnis synagoga [4]filiorum Israel eum interfecit, dicentes ad Pilatum, cum vellet eum dimittere: *Sanguis huius super nos et super filios nostros.* Iud. c. 8. p. 300.

26. Ita exasperabantur ... ut postremo oblatum Pontio Pilato, Syriam tunc [5]ex parte Romana [6]procuranti, violentia suffragiorum *in crucem* [7]*Iesum dedi* sibi extorserint. Apol. c. 21. p. 58.

28—31. Numquid tamen [8]subeundae morti etiam contumeliis opus fuerat?.. *Despuitur*, [9]*verberatur*, *deridetur*, foedis *vestitur*, foedioribus *coronatur*. Pat. c. 3. p. 79.

29. Fecerat (domus sc. Israelis) .. *spinas* ex quibus Christum *coronaverat.* Jud. c. 14. p. 332.

Vir ecclesiae Christus Iesus, quale, oro te, sertum pro utroque sexu subiit? ex *spinis* opinor et *tribulis*.... Contumelia in promptu est et turpitudo et dedecoratio et his implexa saevitia, quae tunc domini tempora et foedaverunt et lancinaverunt .... Si ob haec *caput* ei tuum debes, tale si potes ei repende quale suum pro tuo obtulit: aut nec floribus *coroneris*, si *spinis* non potes. Coron. c. 14. p. 361 sq.

30. *Arundine* et colaphis *di-*

---

4) II. 719. *filiorum* om. Fuld. — 5) I. 201. *ex parte Romanam* Fuld. *ex plebe Romana* Leid. — 6) *procurantem* Erlang. *procurati* Ambros. — 7) *Iesum* om. Fuld. Rig. Haverc. — 8) I. 592. *subeundae* Gagn. Gelen. Pam. Rig. Magliab Laurent *subiendae* 3 Vatic. *subigendae* Gagn. in marg. — 9) *flagellatur* Magliab.

verberatus, sputamentis dedecoratus. Spect. c. 30 ex.

34. Passus . . potus amaros. Resurr. c. 20. p. 248.

Felle et aceto *potatus*. Spect. c. 30 ex.

Favos post *fella gustavit* [Luc. 24, 42. 43]. Coron. c. 14. p. 362.

35. Psalmi prophetiam: *Dispertiti sibi sunt vestimenta mea et in vestitum meum sortem miserunt.* Marc. IV. c. 42. p. 363.

35. Taceo quod *figitur*; in hoc enim venerat. Pat. c. 3. p. 79.

Sortem passus in *vestimento.* Resurr. c. 20. p. 248.

37. Nec ante rex gloriae a caelestibus salutatus est, quam *rex Iudaeorum* proscriptus [10] in crucem. Coron. c. 14. p. 362.

39. Passus . . . *capitum* irridentium *nutus*. Resurr. c. 20. p. 248.

39. 41. Locuti sunt labiis et *capita moverunt.* Marc. IV. c. 42. p. 363.

43. *Speravit in deum, liberet eum.* Marc. IV. c. 42. p. 363.

45. Eodem momento dies [11] medium orbem signante sole subducta est. Apol. c. 21. p. 58.

In eam usque horam celebranda pressura est in qua *a sexta contenebratus* orbis defuncto domino lugubre fecit officium. Ieiun. c. 10. p. 409.

46. Etsi in isto evangelio non est revelatum: *Deus meus, ad quid me dereliquisti?* Prax. c. 25. p. 252.

Habes ipsum exclamantem in passione: *Deus meus, deus meus, ut quid*

46. Exclamans quod *se deus reliquisset.* Prax. c. 26. p. 255.

10) I. 455. *cruci* Agob. Rig. — 11) I. 202. *media* Fuld. Haverc.

me dereliquisti? Prax. c. 30. p. 266.

50. Denique et mortua est (caro Christi). Prax. c. 27. p. 259.

Suffixus.. *spiritum cum verbo* sponte [12]*dimisit,* [13]praevento carnificis officio. Apol. c. 21. p. 58.

51. 52. In passione Christi.. *terra* quoque *contremuit* et *velum templi scissum est* et monumenta dirupta sunt. Iud. c. 13. p. 329.

57—60. Educari an *sepeliri?* in praesepe deponi an *in* [14]*monumentum recondi?* Carn. c. 5 in.

.. ut ieiunemus ad serum, exspectantes tempus dominicae *sepulturae, cum Ioseph postulatum detulit corpus et condidit.* Ieiun. c. 10. p. 409.

59—66. [15]Tunc Iudaei detractum et *sepulcro conditum* [16]magna etiam militari manu *custodiae* diligentia [17]circumsederunt, ne, quia praedixerat *tertia die resurrecturum se* a morte, *discipuli furto amoliti cadaver fallerent* suspectos. Apol. c. 21. p. 59.

66. Quem isti... in [18]*monumentis* Ioseph *reconcludunt.* Prax. c. 16. p. 229.

Cap. XXVIII.

2—4. 6. [1]Sed ecce, die tertia *concussa* repente *terra* et *mole revoluta* quae obstruxerat sepulcrum, et [2]custodia pavore dis-

12) I. 202. *demisit* Paris. prim. et quart. Goth. Erfurt. — 13) *praeeunte* Paris. quart. — 14) II. 433. *monimento* Agob. *monumento* Rig. *monumentum* reliq. cum Montisp. — 15) I. 202. *hunc* Rig. F. Ursin. — 16) *magna etiam militaris custodiae* Fuld. Rig. Haverc. — 17) *circumsepserunt* Vatic. — 18) II. 676. *monumento* Pam. Rig. Vatic. — 1) I. 203. *Sed ad diem tertiam* Fuld. — 2) *custodiae* Paris. prim. et sec.

iecta, nullis apparentibus discipulis nihil in sepulcro repertum est praeterquam [3]exuviae sepulti. Apol. c. 21. p. 59.

12. 13. Dati sunt pessimi pro sepultura eius, qui scilicet [4]*subreptum eum* asseveraverant: et locupletes pro morte eius, qui scilicet et a Iuda traditionem redemerant et a militibus falsum testimonium *cadaveris subrepti*. Marc. III. c. 23. p. 176.

12—15. Nihilominus tamen [5]*primores*, quorum intererat et scelus divulgare et populum vectigalem et [6]famularem sibi [7]a fide [8]revocare, *subreptum a discipulis* iactitaverunt. Apol. c. 21. p. 59.

13. Si post [9]mortem de sepulcro *a discipulis subreptus*.. Apol. c. 23. p. 67.

Hic est quem clam *discentes subripuerunt*, ut [10]resurrexisse dicatur. Spect. c. 30 ex.

16—20. Cum *discipulis* autem quibusdam apud *Galilaeam*, Iudaeae [11]regionem, ad quadraginta dies egit, docens eos quae docerent. Apol. c. 21. p. 59.

18. A patre .. a quo *omnem* accipit *potestatem in caelis et in terris*. Fug. c. 2. p. 175.

Cui *data est omnis potestas* a patre *in caelis et in terra*. Prax. c. 16. p. 227.

---

3) *exuviae sepulchri* Rig. *exuvias sepulturae* Fuld. — 4) II. 155. *subreptum eum* Pam. Rig. *subreptam eam* Rhen. I. Gagn. Gelen. Laurent. — 5) I. 203. *primores Iudaeorum quorum* Fuld. — 6) *familiarem* Erlang. Fuld. Oxon. Vatic. — 7) *a fide* Paris. prim., sec. et quart. Goth. Erlang. Fuld. Rhen. I. Gelen. Herald. Rig. Erfurt. Oxon. Pamelii libri. *ad fidem* Gorz. Bongars. Ambros. Rhen. II. Pam. — 8) *avocare* Fuld. — 9) I. 215. *crucem* Fuld. Haverc. — 10) I. 62. *surrexisse* Agob. — 11) I. 203. *regionis ad quinquaginta* Fuld.

19. Lex.. tinguendi imposita est et forma praescripta. *Ite*, inquit, *docete nationes, tinguentes eas in nomen patris et filii et spiritus sancti.* Bapt. c. 13. p. 201.

19. [12]Praecepit, ut *vaderent ad docendas* et *tinguendas nationes.* Praescr. c. 8. p. 12.

Quamdiu in terris agebat, ipse pronuntiabat sive populo palam sive discentibus seorsum. Ex quibus duodecim praecipuos lateri suo adlegerat, destinatos nationibus magistros. Itaque uno eorum decusso reliquos undecim, [13]regrediens ad patrem post resurrectionem, iussit *ire et docere nationes,* [14]*tinguendas in patrem et* [15]*in filium et* [16]*in spiritum sanctum.* Praescr. c. 20. p. 23.

Dominus Iesus Christus apostolos misit ad praedicandum. Praescr. c. 20. p. 24.

Novissime mandans, ut *tinguerent in patrem et filium et spiritum sanctum.* Prax. c. 26 ex.

(Ablutionem delictorum) fides impetrat obsignata *in patre et filio et spiritu sancto.* Bapt. c. 6. p. 192.

Dehinc ordinatis eis ad officium praedicandi per orbem... Apol. c. 21. p. 59.

Discipuli quoque diffusi per orbem [17]ex praecepto magistri dei paruerunt. Apol. c. 21. p. 60.

Nulla iam gens dei extranea est, in omnem terram et in terminos orbis evangelio coruscante. Anim. c. 49. p. 315.

---

12) II. 11. *praecipit vaderent* Agob. — 13) II. 18. *digrediens* Agob. Rig. — 14) *intinguendas* Rig. — 15) *in* om. Agob. (Baluz.). — 16) *in* om. Agob. (Baluz.) Rhen. I. Gagn. Gelen. — 17) I. 204. *ex* om. Rig.

Evangelium secundum **Marcum.**

Tertullian erwähnt das Evangelium des *Marcus* Marc. IV. c. 2. p. 187: Nobis fidem .. ex apostolicis Lucas et *Marcus* instaurant. c. 5. p. 194: .. licet et *Marcus* quod edidit (evangelium), Petri affirmetur, cuius interpres *Marcus*. — Eine anderweitige, ausführlichere Erwähnung oder Besprechung dieses evangelischen Berichtes findet sich bei Tertullian, der ihn weit seltener citirt, als die anderen Evangelien, nicht.

Cap. I.

2. Per prophetam spiritus dicens ex persona patris: *Ecce, mitto angelum meum ante faciem tuam .. qui praeparabit viam tuam ante te.* Iud. c. 9. p. 309.

24. Hoc et .. daemonia confitentur: *Scimus qui sis, filius dei.* Prax. c. 26. p. 255.

35. Ipse dominus *in secessu* frequentius agebat, ut liberius *oraret.* Mart. c. 2. p. 68.

Cap. II.

7. *Quis enim dimittit delicta, ni solus deus?* Pudic. c. 21. p. 430.

7. *Neque peccatum dimittit* neque spiritum indulget *nisi deus solus.* Bapt. c. 10. p. 196.

Quis autem poterat *donare delicta?* hoc *solius* [1] ipsius est. Pudic. c. 21. p. 430.

Nos .. *solum* dominum meminimus *delicta concedere.* Pudic. c. 3. p. 372.

15. Ille .. prandiorum et cenarum cum *publicanis* et *pecca-*

1) I. 842. *spiritus est* Latinius.

toribus frequentator. Monog. c. 8. p. 151.

17. *Medicum non desiderant nisi male habentes.* Resurr. c. 9. p. 228.

Cap. V.

1. 9. Ego illi non modo duas animas in unum congestas ostendissem, sicut et corpora, in foetibus, verum et alia multa cum anima conserta, daemonis scilicet, nec unius . . . verum et *legionarii numeri*, ut in *Geraseno*. Anim. c. 25. p. 267.

9—13. Nec in *porcorum gregem* diaboli *legio* habuit potestatem, nisi eam de deo impetrasset. Fug. c. 2. p. 175.

Cap. VI.

13. Debiles redintegraverunt (apostoli) [Act. 3, 1 sqq. 8, 7. 28, 8. 9]. Pudic. c. 21. p. 431.

Cap. VII.

3. 4. Israel *Iudaeus* quotidie *lavat*, quia quotidie inquinatur. Bapt. c. 15. p. 202.

15. Cur quae ore prolata *communicant hominem*, ea per oculos et aures admissa non videantur *hominem communicare*: cum spiritui appareant aures et oculi nec possit mundus praestari, cuius apparitores inquinantur? Spect. c. 17 ex.

. . ipsum dominum in evangelio ad omnem circa victus scrupulo-

sitatem compendio respondisse, *non his coinquinari hominem quae in os inferantur, sed quae* ex ore *proferantur.* Ieiun. c. 2. p. 392.

27. Ecce doctrinae suae *panem* prioribus offert [2]Israelitis: certe ut *filios* praefert. Ecce aliis eum nondum impertit: certe ut *canes* praeterit. Marc. IV. c. 7. p. 199.

Saturato Israele apostoli in nationes transierunt. Fug. c. 6. p. 183.

Cap. VIII.

11. Hoc quidem scriptura non dicit, alias non tacens, cum quid *temptationis* gratia factum est [3]circa eum ... Et accesserunt ad eum Pharisaei *temptantes* [4]*eum.* Carn. c. 7. p. 359.

27. Nec alios novit Christus homines, quam de quibus dicit: *Quem me aiunt esse homines?* Scorp. c. 10. p. 372.

38. *Qui* [5]*me*, inquit, *confusus fuerit, confundar et ego* [6]*eum.* Carn. c. 5. p. 352.

Cap. IX.

6. [7]Quando magis, quam cum visa claritate eius *nescit quid diceret Petrus?* Marc. IV. c. 22. p. 277.

2) II. 169. *israelis* Laurent. — 3) II. 439. *erga* Agob. — 4) *eum* Agob. *eum* om. reliq. — 5) II. 434. *mei* Rig. Montisp F. Ursin. *me* Agob. (Baluz.) Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 6) *eum* Pam. e Vatic. *eius* reliq. — 7) II. 218. *quando* Rhen. I. Rig. *quanto* Gagn. Gelen. *quo* Pam. (Latin.).

7. Dicendo..: *Hic est filius meus dilectus, hunc audite.* Prax. c. 19. p. 234.

44. *Quoniam vermis illorum non decidet et ignis eorum non exstinguetur.* Resurr. c. 31 ex.

Cap. X.

52. Sequebantur illum qui credenti cuique salutem pollicebatur. *Fides tua te*, aiebat, *salvum fecit.* Bapt. c. 12. p. 200.

Cap. XII.

13. Cum his (Sadducaeis et Pharisaeis praetermitto) etiam *Herodianos*, qui Christum Herodem esse dixerunt. Adv. omn. Haer. c. 1 (Praescr. c. 45. p. 59).

25. Subiciens: [8] *Quoniam autem mortui resurgant ... Similes enim erunt angelis.* Resurr. c. 36. p. 281.

Dominica pronuntiatio .. *Erunt*, inquit, *tanquam angeli.* Resurr. c. 62. p. 338.

Cap. XIV.

13. Cum ultimum pascha dominus esset acturus, missis discipulis ad praeparandum: [9] *Invenie-*

8) II. 513. *quam* Rhen. I. *quoniam* Gagn. Gelen. Pam. Rig. — 9) I. 639. *convenietis* Gagn. Gelen. *invenietis* Pam. Rig.

tis, inquit, *hominem aquam baiulantem.* Bapt. c. 19. p. 206.

14. 15. *Paschae celebrandae* locum de signo aquae ostendit. Bapt. c. 19. p. 207.

21. Dominum *tradi* oportebat, *sed vae traditori.* Praescr. c. 30. p. 36.

Cap. XVI.

1—3. Quis . . haec non credat in recogitatu mulierum illarum volutata . . . ? Marc. IV. c. 43. p. 366.

9. . . verum et *septenarii spiritus*, ut in *Magdalena.* Anim. c. 25. p. 267.

15. Dehinc ordinatis eis ad officium *praedicandi per orbem* . . Apol. c. 21. p. 59.

19. . . omnem passim carnem et sanguinem a regno dei [10] extrusit, utique [11] et ab ipsa regia caelorum: cum illic adhuc [12] *sedeat* Iesus *ad dexteram* patris. Resurr. c. 51. p. 315.

20. Discipuli quoque *diffusi per orbem* [13] ex praecepto magistri dei paruerunt. Apol. c. 21. p. 60.

10) II. 534. *extruxit* Vind. Leid. Rhen. I. Gagn. — 11) *et* om. Vind. — 12) *sedet* Seml. — 13) I. 204. *ex* om. Rig.

Evangelium secundum **Lucam.**

Nobis fidem ex apostolis Ioannes et Matthaeus insinuant, ex apostolicis *Lucas* et Marcus instaurant... (Marc. IV. c. 2. p. 187).

Dieser Erwähnung des *Lucas* inmitten der drei anderen evangelischen Berichterstatter fügt Tertullian Marc. IV. c. 5. p. 193 sq. hinzu: Dico itaque apud illas, nec solas iam apostolicas, sed apud universas quae illis de societate sacramenti confoederantur, id *evangelium Lucae* ab initio editionis suae stare quod cum maxime tuemur.... *Lucae digestum* Paulo adscribere solent. Capit magistrorum videri quae discipuli promulgarint.

Die Glaubwürdigkeit dieses Evangeliums berührt er Prax. c. 1. p. 189: Numquid mendacium evangeliis exprobrabit dicens: Viderit Matthaeus et *Lucas?* Ceterum ego ad ipsum deum accessi, ipsum omnipotentem cominus temptavi [Mt. 4, 1. 3. 6. Luc. 4, 1. 2. 3. 9]... Sed enim ipse (diabolus) potius a primordio mendax est.

Ueber das Lucasevangelium des Marcion äussert sich Tertullian an verschiedenen Stellen seiner Schriften. Man vgl. besonders Marc. IV. c. 2. p. 188 sq.: Ex iis commentatoribus quos habemus *Lucam* videtur Marcion elegisse quem caederet. Porro Lucas non apostolus, sed apostolicus, non magister, sed discipulus, utique magistro minor, certe tanto posterior quanto posterioris apostoli sectator, Pauli sine dubio, ut et si sub ipsius Pauli nomine evangelium Marcion intulisset, non sufficeret ad fidem singularitas instrumenti destituta patrocinio antecessorum. Exigeretur enim id quoque evangelium quod Paulus invenit, cui fidem dedidit, cui mox suum congruere gestiit... Igitur si ipse illuminator Lucae auctoritatem antecessorum et fidei et praedicationi suae optavit, quanto magis eam *evangelio Lucae* expostulem, quae evangelio magistri eius fuit necessaria? c. 3: Aliud est si penes Marcionem a discipulatu Lucae coepit religionis Christianae sacramentum. Ceterum si et retro decucurrit, habuit utique authenticam

paraturam, per quam ad Lucam usque pervenit, cuius testimonio adsistente Lucas quoque possit admitti . . . . — c. 4: p. 191 sq.: Quod ergo pertinet ad *evangelium* interim *Lucae*, quatenus communio eius inter nos et Marcionem de veritate disceptat, adeo antiquius Marcione est quod est secundum nos, ut et ipse illi Marcion aliquando crediderit, cum et pecuniam in primo calore fidei catholicae ecclesiae contulit, proiectam mox cum ipso, posteaquam in haeresim suam a nostra veritate descivit . . . Si . . id *evangelium* quod *Lucae* refertur penes nos (viderimus an et penes Marcionem), ipsum est quod Marcion per Antitheses suas arguit ut interpolatum a protectoribus Iudaismi ad concorporationem legis et prophetarum, qua etiam Christum inde configerent, utique non potuisset arguere nisi quod invenerat. Nemo post futura reprehendit quae ignorat futura. Emendatio culpam non antecedit. Emendator sane evangelii a Tiberianis usque ad Antoniniana tempora eversi Marcion solus et primus obvenit, expectatus tamdiu a Christo, paenitente iam quod apostolos praemisisse properasset sine praesidio Marcionis. Nisi quod humanae temeritatis, non divinae auctoritatis, negotium est haeresis, quae sic semper emendat evangelia, dum vitiat . . . Itaque dum emendat, utrumque confirmat, et nostrum anterius, id emendans quod invenit, et id posterius quod de nostri emendatione constituens suum et novum fecit. — — Nachdem er hierauf die von den Aposteln gegründeten und die von Johannes in der Apokalypse genannten Christengemeinden erwähnt hat, fährt er c. 5 nach dem bereits oben angeführten Satze: Dico itaque — — cum maxime tuemur also fort: *Marcionis* vero plerisque nec notum, nullis autem notum ut non eo damnatum [vielleicht zu lesen: ut non condemnatum] . . . . . Si enim apostolica integre decucurrerunt, *Lucae* autem *quod est secundum nos* adeo congruit regulae eorum ut cum illis apud ecclesias maneat, iam et *Lucae* constat integrum decucurrisse usque ad sacrilegium Marcionis. — Dass bei dem Evangelium Marcion's jede Angabe eines Verfassers fehlte, rügt Tertullian

Marc. IV. c. 2: Contra Marcion evangelio scilicet suo nullum adscribit auctorem, quasi non licuerit illi titulum quoque affingere cui nefas non fuit ipsum corpus evertere. — Von Marcion's Lehrer, Cerdon, gibt der pseudotertullianische Tractat adversus omnes Haereses c. 4 die Notiz: Solum evangelium Lucae, nec tamen totum, recipit.

Im Gegensatze zu dem verkürzten und sonstwie veränderten des Marcion (dessen Discussion er ausdrücklich ankündigt, Marc. III. c. 17: quoniam ipsum quoque Marcionis evangelium discuti placuit) nennt Tertullian das Evangelium des Lucas *nostrum* evangelium (z. B. Marc. IV. c. 7. p. 201: Haec et ab angelo exceperat secundum *nostrum* evangelium) und, insoweit dasselbe von Marcion angenommen wurde, *commune* instrumentum (Marc. V. c. 6. p. 395).

Nicht uninteressant ist, was das aus der afrikanischen Kirche stammende sogenannte „Muratori'sche Fragment" von dem kanonischen Lucasevangelium und seinem Verfasser berichtet (s. *Credner* Gesch. d. neut. Kan. S. 355): Tertio evangelii librum secundo Lucam. Lucas iste medicus post ascensum Christi, cum eo [= eum] Paulus quasi ut iuris studiosum secundum adsumsisset, numeni [= nomine] suo ex opinione*) conscriset [= -ipsit], dominum tamen nec ipse vidit in carne: et idem, prout a[s]sequi potuit, ita et ab nativitate Iohannis incipet [= -pit] dicere.

---

*) Der Beisatz *ex opinione* soll sich, wie *Credner* a. O. S. 153 vermuthet hat, auf Luc. 1, 3: ἔδοξε κἀμοί beziehen, mithin wohl ungefähr s. v. a. nach seinem Dafürhalten bedeuten. Allein eine derartige blosse Redewendung des Evangelisten kann unmöglich dem Verfasser des Fragmentes als so wichtig erschienen sein, dass er es für nöthig gehalten hätte, sie in seinem nur siebenzeiligen Berichte von dem 3. Evangelium besonders zu erwähnen. Offenbar heisst *ex opinione* hier: vom Hörensagen, nach dem im Volke lebenden Gerüchte, und bildet den Gegensatz zu dem sogleich folgenden *videre in carne* und zu der sodann weiter ersichtlichen Bezeichnung des Johannes als eines *ex discipulis*. Belege für den (schon aus Sueton bekannten) Gebrauch von *opinio* in der Bedeutung von *fama*, *rumor*, ἀκοή finden sich in meiner Schrift Itala und Vulgata S. 318.

Cap. I.

5—7. Ecce statim quasi in limine [1] duae nobis antistites Christianae sanctitatis occurrunt, monogamia et continentia, alia pudica in *Zacharia sacerdote*, alia integra in Ioanne antecursore, alia placans deum, alia praedicans Christum, alia totum praedicans sacerdotem, alia plus praeferens quam propheten [2]... Monog. c. 8. p. 148 sq.

5—55. Aspice viventes uteros sanctissimarum feminarum, nec modo spirantes iam illic infantes, verum etiam prophetantes .... Aspice etiam singulares conceptus, et quidem monstrosiores, sterilis et virginis, quae vel hoc ipso imperfectos edere potuissent pro eversione naturae, ut altera [3] semini stupida, altera intacta. Decebat si forte sine anima nasci, qui fuerant non rite concepti, sed et illi vivunt in suo quisque utero. Anim. c. 26. p. 268 sq.

11. Si quidem inreverens est assidere sub conspectu contraque conspectum eius quem [4] cum maxime reverearis ac venereris, quanto magis sub conspectu dei vivi, angelo adhuc orationis [5] adstante, factum istud inreligiosissimum est! Nisi exprobramus deo quod nos oratio fatigaverit. Orat. c. 16. p. 15.

17. Habes angeli vocem: *Et ipse*, inquit, *prae-*

17. Non enim aliud fuit *Helias* quam Ioannes qui *in virtute et*

1) I. 772. *duae* Gelen. Pamel. Rigalt. *duo* reliqui. — 2) *propheten* (Vind.?) Gelen. Pamel. Rigalt. *prophetans* reliq. — 3) *semini* Rigalt. *seminis* Gagn. Gelen. Pamel. — 4) I. 568. *cum maxime* Agob. Gagn. Gelen. Pamel. Rigalt. Murator. *maxime* Ambrosian. — 5) *adstante* Agob. Gagn. *astante* Ambrosian.

cedet coram populo in virtute et in spiritu Heliae. Anim. c. 35. p. 291.

spiritu venit *Heliae.* Monog. c. 8. p. 151.

22. 63. Zacharias temporali vocis orbatione multatus cum animo conlocutus linguam inritam transit, [6]manibus suis a corde dictat et nomen filii sine ore pronuntiat: loquitur in stilo, auditur in cera [7]manus omni sono [8]clarior, litera omni ore vocalior. Idol. c. 23. p. 182.

26—28. Agnosco et *angelum Gabrielem ad virginem missum.* Sed cum *benedicit* illam, inter *mulieres,* non inter virgines deputat:

28. *Benedicta tu inter mulieres* . . . .

.. Sciebat et angelus mulierem etiam virginem dici. Sed et ad haec duo ingeniose quidam respondisse sibi visus est, quoniam quidem *desponsata* est *Maria,* idcirco et ab angelo et ab apostolo mulierem pronuntiatam. Desponsata enim quodammodo nupta. Tamen inter quodammodo et verum satis interest, duntaxat hoc in loco. Virg. c. 6. p. 13.

26—38. Plane *nativitas* a *Gabriele* adnuntiatur. Quid illi cum angelo creatoris? [9]Et in virginis *uterum conceptus* inducitur. Quid illi cum [10]Esaia [11]propheta creatoris? [Ies. 7, 14.] Odit moras qui subito Christum [12]de caelo deferebat. Carn. c. 2. p. 343.

---

6) I. 106. *manibus* Agob. Gelen. Pamel. Rigalt. *cum manibus* Gagn. *cum manibus* coni. Oehler. — 7) *manu* Gagn. — 8) *conclarior* Gagn. — 9) II. 426. *et virginis utero?* Gagn. Gelen. Pamel. *et virginis uterum* Leidens. — 10) *Esaia* Leid. Rhen. I. Rigalt. Laurent. Montisp. Vindobb. 282. 283. *esset a* Agob. *essentia* Gagn. Gelen. Pamel. — 11) *propheta* om. Leid. Rhen. I. Gagn. Gelen. Pamel. Laurent. Montisp. Vindobb. 282. 283. — 12) *de caelo referebat* Hildebrand. *de caelis referebat* reliqui.

An et *angeli* (evacuabuntur) *conceptum* et partum *virginis* [13] annuntiantes? [Mt. 1, 20 sq. Luc. 2, 9—14.] Carn. c. 21. p. 390.

Sive *Iesus* tantummodo positum est, intellegitur et Christus, quia Iesus unctus est, sive solummodo Christus, item est et Iesus, quia unctus est Iesus. Quorum nominum alterum est proprium quod ab *angelo* impositum est, alterum accidens quod ab unctione convenit. Prax. c. 28. p. 262.

Ex his Iesus constitit, ex carne homo, ex *spiritu* deus, quem tunc *angelus* ex ea parte, qua spiritus erat, *dei filium* pronuntiavit, servans carni filium hominis dici. Prax. c. 27. p. 260.

Hunc fructum ex lumbis *David*, id est ex posteritate carnis eius, iurat illi deus [14] consessurum in *throno* ipsius. Carn. c. 21. p. 391.

35. . . . quomodo videbitur angelum induisse, sic infra angelos deminutus, dum homo [15] fit, qua caro et anima et filius hominis? [16] qua autem *spiritus dei* et *virtus altissimi*, [17] non potest infra angelos haberi, deus scilicet et dei filius. Carn. c. 14. p. 376.

Ceterum ut alia evangelia non interponam, quae [18] de nativitate dominica [19] fidem confirmant, sufficit [20] eum qui nasci habebat ex virgine ab ipso an-

---

13) II. 459. *annuntiantes* libri omnes; *annuntiantis* coni. Oehler. — 14) *consensurum* Leid. *concessurum* Rigalt. — 15) II. 450. *sit* Rigalt. — 16) *qua* Gagn. Gelen. Pamel. Rigalt. *quia* Vindob. Leid. Rhen. I. — 17) *non* libri omnes; *num* coni. Oehler. — 18) II. 689. *de nativitate* Pamel. Rigalt. *de* om. Vindob. Rhen. I. Gagn. Gelen. — 19) *idem* Rigalt. — 20) *enim* Vindob. Rhen. I. Leid.

nuntiari **angelo** ***filium dei*** **determinatum:**

35. *Spiritus dei superveniet in te et virtus altissimi obumbrabit te: propterea quod nascetur ex te* [21] *sanctum, vocabitur filius dei* . . . .

... Volent quidem et hic argumentari, sed veritas praevalebit. Nempe, inquiunt, *filius dei* deus est, et *virtus altissimi* altissimus est. Nec pudet illos inicere, [22] quod, si esset, scriptum fuisset. Quem enim verebatur, ut non aperte pronuntiaret: Deus *superveniet* et altissimus *obumbrabit te?* Dicens autem *Spiritus dei*, etsi [23] spiritus dei, tamen non directo deum nominans portionem totius intellegi voluit, quae cessura erat in filii nomen. Hic *spiritus dei* idem erit sermo. [24] Sicut enim Ioanne dicente [Io. 1, 14]: Sermo caro [25] factus est, [26] spiritum quoque intellegimus in mentione sermonis, ita et hic sermonem quoque agnoscimus in nomine spiritus ... Ceterum alium Ioannes profitebitur carnem factum, alium angelus carnem futurum, si non et spiritus sermo est, et sermo spiritus .... Prax. c. 26. p. 253 sq.

Sed et haec iniectio eorum ex praetractatis iam retusa est, quod sermo dei vel *spiritus dei* et *virtus altissimi* dictus sit, quem patrem faciunt ... Et aliter tamen in isto capitulo revincentur. Ecce, inquiunt, ab angelo praedicatum est:

21) *vocabitur sanctus* Vindob. Leid. — 22) *quod* — — *verebatur* om. Vindob. Leid. — 23) *spiritum dei* Pamel. *spiritus dei deus* Rigalt. — 24) *Sicut* Leid. 3 Vaticani, Pamel. Rigalt. *Sic* reliq. — 25) *factum* Vindob. Leid. — 26) *spiritus* Gagn.

35. *Propterea quod nascetur sanctum, vocabitur filius dei.* Prax. c. 27. p. 256 sq.

Sicut ergo quem ignorabat nullo modo poterat Iesum et sanctum dei [Luc. 4, 34] agnoscere, ita quem norat agnovit. Nam et prophetam meminerat sanctum dei praedicasse, et Iesum nomen dei esse in filio Nave. Haec et ab angelo exceperat secundum nostrum evangelium:

Propterea quod in te nascetur vocabitur sanctum, filius dei, et vocabis nomen eius Iesum. Marc. IV. c. 7. p. 201.

37. Sed *nihil deo difficile*, quis hoc nesciat? Prax. c. 10. p. 208.

Sed *deo nihil impossibile* nisi quod non vult. Carn. c. 3. p. 345.

38. Crediderat Eva serpenti, credidit *Maria* Gabrieli: quod illa credendo deliquit, haec credendo delevit. Carn. c. 17. p. 382.

41. [27] Tacebit igitur et [28] *Elisabeth* [29] prophetam portans iam domini sui conscium *infantem*, et insuper *spiritu sancto adimpleta* ... Si Maria non filium, sed hospitem in utero gestabat Iesum, quomodo dicit:

42. [30] *Benedictus fructus* [31] *uteri tui*? Carn. c. 21. p. 390 sq.

41—46. Exultat *Elizabeth*, Ioannes intus impulerat; *glorificat dominum Maria*, Christus intus

27) II. 460. *Tacebat* Vindob. Rhen. I. — 28) *helysabeth* Leid. *elisabet* Vindob. — 29) *propheta portans* Gagn. in marg. *prophetam praedicans* Rhen. I. Gagn. *prophetam praecans* Leid. — 30) *Benedictus* Vindob. Pamel. Rigalt. 2 Vaticani; *Beatus* reliq. — 31) *ventris* Vindob. Leid.

instinxerat. Agnoscunt matres suos invicem fetus, agnitae mutuo ab ipsis utique viventibus... Anim. c. 26. p. 269.

43. Sine causa enim dicit: *Et unde mihi ut* [32]*mater domini mei ad me veniat?* Carn. c. 21. p. 390.

51. 52. Illum iubet adorare in humilitate ut *allevatorem humilium*, non in superbia, ut *destructorem superborum.* Marc. IV. c. 36. p. 338.

Deo deputamus:. illius est enim superbiae iudicium, *extollentis humiles* et *deprimentis elatos.* Virg. c. 15. p. 30.

52. Ab eo deo qui *de thronis deponit dynastas* et de [33]sterquiliniis *elevat inopes.* Marc. IV. c. 34. p. 331.

A deo.. ipsos *dynastas detrahente de solio* et *pauperes allevante* de sterquilinio. Marc. IV. c. 28. p. 308.

Creatorem, elatos aemulantem, ut *deponentem* scilicet *de solio dynastas.* Marc. V. c. 12. p. 430.

52. 53. Penes deum maior est contemplatio mediocrium. Apol. c. 39. p. 96.

75. Incedentes *in sanctitate et iustitia* et veritate. Resurr. c. 49. p. 311.

78. 79. Ut.. novi testamenti pollicitatio superveniret, [34]*fulgente nobis lumine ex alto*, qui

32) II. 460. *mater domini mei ad me veniat* Gagn. Gelen. Pamel. Rigalt. de codd. Gagneii. *veniat mater domini mei ad me* Vindob. *mater domini mei ad me* Leid. Rhen. I. — 33) II. 251. *sterculinis* Rig. — 34) II. 711. *effulgente* ex coniect. Scioppii.

sedebamus in tenebris et in umbra mortis [35] detinebamur. Iud. c. 6. p. 287.

Cap. II.

1. 2. [1] Aufer hinc .. molestos semper *Caesaris census.* Carn. c. 2. p. 343.

Census constat actos sub *Augusto* [2] nunc in [3] Iudaeam per Sentium Saturninum. Marc. IV. c. 19. p. 261.

Tam distincta fuit a primordio Iudaea gens per tribus et populos et familias et domos, ut nemo facile ignorari de genere potuisset, vel de recentibus *Augustianis censibus*, adhuc tunc fortasse pendentibus. Marc. IV. c. 36. p. 340.

.. de *censu* .. *Augusti* quem testem fidelissimum dominicae nativitatis Romana archiva custodiunt. Marc. IV. c. 7. p. 200.

4. 5. Fuit .. *de patria Bethlehem* et *de domo David*, sicut apud Romanos in censu *descripta* est *Maria*, ex qua nascitur Christus. Iud. c. 9. p. 311.

7. [1] Aufer ... et *diversoria* angusta et sordidos [4] *pannos* et dura *praesepia.* Carn. c. 2. p. 343.

Quid magis erubescendum... *in praesepe deponi* an in [5] monu-

---

35) *detinebamur* Vatic. Pam. Rig. *detinebamur oriretur lumen* Rhen. I. Gagn. Gelen. *detinebamur oriretur* Fuld. (?) — 1) II. 426. *aufers* Laurent. Montisp. *auferas* Rhen. I. in marg. — 2) II. 206. *nunc* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. Rig. cod. Pithoei (ap. Rig.). *tunc* Fr. Latin. Is. Casaubon. — 3) *Iudaeam* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. cod. Pithoei (ap. Rig.). *Iudaea* Rig. Latin. — 4) II. 426. *panos* Agob. (Hild.). — 5) II. 423. *monimento* Agob. *monumento* Rig. *monumentum* reliq. cum Montisp.

mentum recondi? Carn. c. 5. p. 351.

7—11. Nos edimus evangelia... nocturna nativitate declarantia dominum, ut hoc sit ante luciferum, et ex stella Magis intellecta et ex testimonio *angeli* qui *nocte pastoribus annuntiavit, natum esse* cum maxime *Christum*, et ex loco partus: in *diversorium* enim ad noctem convenitur. Marc. V. c. 9. p. 411.

8. *Servent* potius *pecora pastores*. Carn. c. 2. p. 343.

9—14. *Angeli* .. *partum* virginis annuntiantes. Carn. c. 21. p. 390.

Viderit *angelica multitudo* dominum suum noctibus honorans. Carn. c. 2. p. 343.

21. Nec *circumcidatur* infans, ne doleat. Carn. c. 2. p. 344.

22—24. Nec ad templum *deferatur*, [6] ne parentes suos [7] oneret sumptu [8] *oblationis*. Carn. c. 2. p. 344.

22—35. Ubi *infans templo exhibetur*, quis *illum in manus suscipit?* quis *in spiritu* primus agnoscit? *Vir iustus et* [9] *cautus*. Monog. c. 8. p. 149.

23. Haec . . vulva est propter quam et de aliis scriptum est: *Omne masculinum adaperiens vulvam sanctum vocabitur domino*. Carn. c. 23. p. 394.

28. Nec *in manus* tradatur

6) II. 427. *nec* Agob. (Baluz.). — 7) *honeret* Montisp. *honoret* Laurent. — 8) *oblationis* Gagn. Gelen. Pam. Rig. *obligationis* Agob. Laurent. Montisp. Rhen. I. II. III. — 9) I. 773. *castus* Gelen.

34. Agnoscimus adimpleri propheticam vocem *Simeonis* super adhuc recentem infantem dominum pronuntiatam: *Ecce hic positus est in ruinam et suscitationem multorum in Israel et in signum* [13] *quod* [14] *contradicetur.* Carn. c. 23. p. 393.

49. Filius dei .. hoc se et in istis evangeliis ipse

[10] *Simeoni,* [11] ne [12] senem moriturum exinde contristet. Carn. c. 2. p. 344.

36. 37. Velne [15] dignius mox Christus a femina praedicaretur, *vetere vidua* et *univira,* quae et *templo* dedita satis in semetipsa portendebat, quales spiritali templo, id est ecclesiae, debeant adhaerere. Monog. c. 8. p. 149.

36—38. In limine evangelii *Anna* [16] *prophetis, filia Phanuelis,* quae infantem dominum et agnovit et multa super eo praedicavit *exspectantibus redemptionem Israelis,* post egregium titulum veteris et univirae viduitatis *ieiuniorum* quoque testimonio augetur. Ieiun. c. 8. p. 403.

Taceat et anus illa, [17] ne fascinet puerum. Carn. c. 2. p. 344.

40. 52. Natus adolescere sustinet. Pat. c. 3. p. 78.

---

10) II. 427. *Simeoni* Agob. Montisp. Rhen. I. Rig. *Simeonis* Laurent. rel. — 11) *nec* Montisp. — 12) *senex moriturus exinde contristetur* Agob. Rig. *senem moriturum exinde contristet* (*constet* Rhen. I.) Laurent. Montisp. reliq. — 13) II. 461. *cui* Pam. Vatic. — 14) *contradicetur* Rhen. I. in marg. Gagn. Gelen. Pam. Rig. *contradicitur* Rhen. I. — 15) I. 773. *indignius* Pam. 3 Vatic. — 16) I. 862. *prophetes* Gagn. — 17) II. 427. *nec* Laurent.

testatur statim a puero: *Non scitis*, inquit, *quod in patris mei me esse oportet?* Prax. c. 26. p. 255.

Cap. III.

1. *Anno quintodecimo principatus* [1] *Tiberiani*... Marc. IV. c. 7. p. 197.

3. *Praedicabat baptismum paenitentiae in remissionem delictorum.* Bapt. c. 10. p. 196.

4. 5. Destrui.. lex habuit, ex quo *vox* Ioannis *clamavit in eremo: Parate vias domini, ut fierent rivi et colles et montes repleti et humiliati et tortuosa et aspera in rectitudinem et in campos.* [Ies. 40, 3 sq.] Marc. V. c. 3. p. 379.

1. *Anno XV. Tiberii* Christus Iesus de caelo manare dignatus est. Marc. I. c. 19. p. 33.

Census istius disciplinae.. a *Tiberio* est. Apol. c. 7. p. 21.

2. 3. *Ioannem* a domino missum legimus in hoc munus (ad baptizandum scil.). Bapt. c. 10. p. 195.

3. Ne moveat quosdam, quod non ipse tinguebat. In quem enim tingueret? In paenitentiam? Quo ergo illi praecursorem? *In peccatorum remissionem*, quam verbo dabat? Bapt. c. 11. p. 197.

3. 4. Ioannes, secundum *Esaiam vociferator in* [2] *solitudinem* et *praeparator viarum dominicarum* per denuntiationem et laudationem *paenitentiae.* [Mc. 3, 3.] Marc. IV. c. 11. p. 219.

4. 8—14. Ioannes, *domini vias sternens*, non minus *militantibus*

---

1) II 168. *tiberii* Laurent. — 2) II. 181. *solitudine* Fr. Iun.

et *publicanis* quam *filiis Abraham paenitentiae* erat praeco. Pudic. c. 10. p. 391.

6. Alibi: *Et videbit omnis caro salutare domini.* [Ies. 40, 5.] Resurr. c. 59. p. 334.

Omnis caro videbit salutare domini, quae saluti ordinatur. Ibid.

11. *Duas habens tunicas* alteram earum nudo *dabit.* Pat. c. 7. p. 88.

14. Si quos *militia* praeventos fides posterior invenit, alia conditio est, ut illorum quos Ioannes admittebat ad lavacrum. Coron. c. 11. p. 355.

Adierant *milites* ad Ioannem et formam observationis acceperant. Idol. c. 19. p. 177.

16. Ipse (Ioannes) profitetur .. [3] in sola se paenitentia tinguere, *venturum* mox *qui tingueret in spiritu et igni.* Bapt. c. 10. p. 196.

17. [4] *Palam in manu* portat ad *purgandam aream suam.* Praescr. c. 3. p. 4.

19. 20. Ioannes .. retundens *Herodem*, quod adversus legem *uxorem fratris sui* defuncti duxisset, habentis filiam ex illa ... *coniectus in carcerem* fuerat, ab eodem [5] Herode postmodum et occisus. Marc. IV. c. 34. p. 327.

21. 22. Tunc ille *sanctissimus spiritus* super emundata et benedicta corpora [6] libens a patre descendit ... *columbae figura* dela-

3) I. 630. *in sola* Rig. F. Ursin. *sola* reliq. — 4) II. 5. *palam* Gagn. in marg. Gelen. Pam. *ventilabrum* Agob. Vatic. Rhen. I. Gagn. Rig. — 5) II. 249. *Herode* om. Rhen. I. — 6) I. 627. *labens* Ios. Scaliger.

psus *in dominum.* [Mt. 3, 16.] Bapt. c. 8. p. 193.

23—38. Omnis gradus generis ab ultimo ad principalem recensetur. Carn. c. 21. p. 391.

Cap. IV.

3. 9. Hoc et Satanas eum in temptationibus novit: *Si filius dei es.* Prax. c. 26. p. 255.

4. 7. 10. Temptatoris [7] congressus solis verbis repellit. Pat. c. 3. p. 78.

16—29. Apud *Nazareth* quoque nihil novi notatur praedicasse, dum alio, merito unius proverbii, *eiectus* refertur. Marc. IV. c. 8. p. 203.

18. Si.. Christus, *unctus est;* ungi utique corporis passio est. Marc. III. c. 15. p. 154.

27. *Helisaeus prophetes* .. unicum *leprosum*, *Naaman Syrum*, ex tot leprosis Israelitis *emundavit.* Marc. IV. c. 9. p. 208.

28—30. Adultus non gestit agnosci... Insidiatoribus cessit. [Io. 8, 59. 10, 39]. Pat. c. 3. p. 78 sq.

29. 30. Hic primum manus ei iniectas animadvertens, necesse habeo iam de substantia eius corporali praefinire, quod non possit phantasma credi qui contactum, et quidem violentia plenum, detentus et captus et *ad praecipitium usque protractus* admiserit. Nam etsi *per medios*

7) *egressus* Laurent.

evasit, sed ante iam vim expertus et postea dimissus, scilicet soluto, uti assolet, tumultu vel etiam irrupto, non tamen per caliginem eluso, quae nulli omnino tactu succidisset, si fuisset. Marc. IV c. 8. p. 203 sq.

30. Refugit et ipse vim interdum. [Mt. 12, 15.] Fug. c. 8. p. 186.

31—33. *Anno quintodecimo principatus* [8]*Tiberiani* proponit [9]eum *descendisse in civitatem Galilaeae Capharnaum*, utique de caelo creatoris, in quod de suo ante descenderat. [10]Ecquid ergo ordinis fuerat, ut prius de suo caelo in creatoris descendens describeretur? ... Quid autem illi cum *Galilaea*, si non erat creatoris, cui ista regio destinabatur ingressuro praedicationem? .. De caelo statim ad *synagogam?* Ut dici solet... Ecce *venit in synagogam*.. Et tamen quomodo *in synagogam* potuit admitti tam repentinus, tam ignotus .... ad *docendum?* ... *Eloquium* divinum et *vim* et gratiam praestabat, magis exstruens quam destruens substantiam legis et prophetarum. Alioquin non *stuperent*, sed horrerent; nec *mirarentur*, sed statim aversarentur destructorem legis et prophetarum ... Cum ergo nihil tale scriptura significet, nisi solam *vim* et *potestatem sermonis admirationi* fuisse ... Marc. IV. c. 7. p. 197—200.

Anno XV. Tiberii Christus

8) II. 168. *tiberii* Laurent. — 9) *deum* Gelen. Pam. — 10) *ecquid* Rig. (Laurent.) Latin. *et quid* reliq.

32. *Stupebant autem omnes ad doctrinam eius;* plane, *quoniam*, inquit, *in potestate erat sermo eius.* Marc. IV. c. 7. p. 200.

34. Hoc et .. daemonia confitentur: *Scimus .qui sis, filius dei.* [Luc. 4, 41.] Prax. c. 26. p. 255.

Exclamat ibidem spiritus daemonis: *Quid nobis et tibi est, Iesu? Venisti perdere nos. Scio qui sis, sanctus dei.* Marc. IV. c. 7. p. 201.

35. *Increpuit illum Iesus.* Marc. IV. c. 7. p. 202.

Iesus de caelo manare dignatus est. Marc. I. c. 19. p. 33.

33. 34. Secundum commune instrumentum *spiritus nequam* sciebat, *eum sanctum dei esse* et *Iesum vocari* et *in perditionem eorum venisse.* Marc. V. c. 6. p. 395.

34. *Nazaraeus* vocari habebat secundum prophetiam Christus creatoris. Unde et ipso nomine nos Iudaei [11] Nazaraeos appellant per eum ... Christo autem appellatio *Nazaraei* competitura erat ex infantiae latebris, [12] ad quas apud Nazareth descendit, vitando Archelaum filium Herodis. Marc. IV. c. 8. p. 203.

40. 41. Ipse mox tetigit alios quibus *manus imponens* .. beneficia medicinarum conferebat .. Ipse igitur est Christus Esaiae, remediator valitudinum .. Quodcunque curaverit Iesus, meus est .. Caeterum et a daemoniis liberare curatio est valitudinis. Itaque *spiritus* nequam, quasi ex forma iam prioris exempli, cum testimonio *excedebant vociferantes: Tu es filius dei* ... Sed proinde *increpabantur* et *iubebantur ta-*

11) II. 172. *Nazaraeos* Pam. Rig. Vatic. *Nazarenos* reliq. — 12) *ad* om. Rhen. I. Gagn.

cere . . . Et *daemonia* timore utique *cedebant* . . Et ille *iussu* et *increpitu* ea expellens . . timendum se exhibebat. Marc. IV. c. 8. p. 204 sq.

42. *In solitudinem procedit.* Marc. IV. c. 8. p. 205.

42. Ipse dominus *in secessu* frequentius agebat, ut . . saeculo cederet. Mart. c. 2. p. 68.

42. 43. *Detentus a turbis: Oportet me, inquit, et aliis civitatibus annuntiare regnum dei.* Marc. IV. c. 8. p. 206.

Cap. V.

8—11. De tot generibus operum quid utique ad *piscaturam* respexit, ut ab illa in apostolos sumeret *Simonem et filios Zebedaei?* — non enim simplex factum videri potest, de quo argumentum processurum erat, — dicens Petro *trepidanti de* copiosa *indagine piscium:*

10. *Ne time, abhinc enim homines eris capiens.* Marc. IV. c. 9. p. 206.

De *Petro*, legis homine et tamen . . adlecto . . . Marc. IV. c. 11. p. 218.

11. Denique *relictis naviculis secuti sunt eum.* Marc. IV. c. 9. p. 206.

12. 13. Argumentatur . . . *in leprosi purgationem* . . . . *Tetigit leprosum.* Marc. IV. c. 9. p. 207.

13. Et hoc opponit Marcion . . Christum . . verbo solo, et hoc semel [13] functo, curationem statim

13) II. 175. *functum* Rig. (ex. emend. Latinii). *functo* reliq..

14. *Vade, ostende te sacerdoti et offer munus quod praecepit Moyses*.... Adiecit: *Ut sit vobis in testimonium*. Marc. IV. c. 8. p. 209 sq.

21—24. Cum redintegratione membrorum virium quoque repraesentationem pollicebatur: *Exsurge et tolle grabatum tuum*; — simul et animi vigorem ad non timendos qui dicturi erant: *Quis* [14] *dimittet peccata nisi solus deus?* Marc. IV. c. 10. p. 212.

31. *Medicum non de-*

repraesentasse. Marc. IV. c. 8. p. 208.

14. Quantum.. ad gloriae humanae aversionem pertinebat, *vetuit eum divulgare*. Quantum autem ad tutelam legis, iussit ordinem impleri. Marc. IV. c. 8. p. 209.

16. Patrem et ipse *adorat*. Prax. c. 26. p. 255.

18—26. *Curatur* et *paralyticus*, et quidem in coetu, spectante populo. Marc. IV. c. 10. p. 212.

21. *Neque peccatum dimittit* neque spiritum indulget *nisi deus solus*. Bapt. c. 10. p. 196.

21—24. Cum Iudaei solummodo hominem eius intuentes necdum et deum certi, qua *dei* quoque *filium*, merito retractarent, non posse hominem *delicta dimittere* sed *deum solum*, cur non secundum intentionem eorum de homine eis [15] *respondit, habere eum potestatem dimittendi delicta*, quando et *filium hominis* nominans hominem nominaret? Marc. IV. c. 10. p. 216.

24. De *filio hominis* duplex est nostra praescriptio. Marc. IV. c. 10. p. 214.

Nusquam adhuc professus est se *filium hominis* quam in isto loco primum in quo primum *peccata dimisit*. Marc. IV. c. 10. p. 217.

16—20. *Cenae* paratura vitae aeternae saturitatem figurat. Dico .. extraneos et nullius iuris affines *invitari ad cenam* non solere, certe facilius solere domesticos et familiares. Ergo creatoris est invitasse ad quem pertinebant qui invitabantur, et per Adam qua homines et [3]per patres qua Iudaici . . . Qui *cenam paravit* . . . *misit* ad convivas admonendos, ante iam vocatos per patres, admonendos autem per prophetas . . . . *Excusant se* invitati. Marc. IV. c. 31. p. 317 sq.

18. 19. 20. *Agrum emi* — et *Boves mercatus sum* — et *Uxorem duxi.* Marc. IV. c. 31. p. 318.

21—24. Hoc ut [4]*patri familiae renuntiatum est, motus tunc* . . . mandat de *plateis* et *vicis civi-*

1) II. 242. *et human.* Rhen. I. — 2) *expende* Rig. *expendo* reliq. — 3) II. 243. *per* om. Rhen. I. Gagn. — 4) *patrifamilias* Rig.

tatis facere sublectionem... Itaque misit ad alios vocandos ex eadem adhuc civitate. Dehinc *loco abundante* praecepit etiam de *viis* et *sepibus* collegi, id est nos iam de extraneis gentibus... *De qua illos gustaturos negat* dominus... posteaquam et novissimam in [5] Christum invitationem recusavit (Sion). Marc. IV. c. 31. p. 318 sq.

26. 27. Quae timidis praefinit? *Qui pluris fecerit animam suam quam me, non est me dignus. Et qui non tollit crucem suam et sequitur me, non potest esse meus discipulus.* Fug. c. 7. p. 185.

28—30. Fuit deliberandum ex similitudine providentissimi *aedificis* illius qui *prius sumptus* operis cum viribus suis *supputat*, ne ubi [7] *coeperit*, [8] defunctus postea erubescat. Idol. c. 12. p. 163.

Cap. XV.

Si in hoc gestit diversa pars *ovem* et *drachmam* et *filii luxuriam* Christiano peccatori configurare, ut moechiam et fornicationem paenitentia donent... Pudic. c. 9. p. 390.

1. 2. *Peccatores* . . adiungit *publicanis*. Pudic. c. 9. p. 387.

Non *peccatores*, non *publicanos* aspernatus est. [Mt. 9, 10 sq.] Pat. c. 3. p. 78.

5) II. 244. *Christo* Rhen. I. — 6) I. 86. *sui* Agob. — 7) *ceperit* Gelen. — 8) *defectus* Rig. Fr. Iun. *defunctus* Agob. Gagn. Gelen. Pam.

Pharisaei publicanos et peccatores ethnicos *admittentem* dominum *et cum illis de victu communicantem indignati mussitabant.* Pudic. c. 7. p. 380.

Nec denotaretur cum Iudaeis *communicans victum*, sed cum ethnicis quorum [1] mensam Iudaica disciplina depellit. Pudic. c. 9. p. 387. Monog. c. 8. p. 151.

3. 4. .. [2] cum angelum etiam de figura *erraticae ovis* [3] interpretentur. Carn. c. 8. p. 364.

In *parabola ovis* capras tuas quaeris; [4] tua ovis ne rursus de grege [5] exiliat ... Pudic. c. 13. p. 397.

3—6. Dominus *pecudis perditae restitutionem* [6] cui alii configurasse credendus est quam ethnico perdito..? Pudic. c. 7. p. 380.

4. 5. Totus .. salvus fiet qui [7] periit totus delinquendo: nisi si et *ovis* illa sine corpore *amittitur* et sine corpore *revocatur.* Nam si caro quoque eius cum anima, quod pecus totum est, *humeris* boni pastoris *advehitur* ... Resurr. c. 34. p. 275.

4. 5. Est *ovis perdita* a domino *requisita et humeris eius revecta.* Pudic. c. 7. p. 379.

Hanc .. esse *ovem perditam* ad quam descenderit pater summus ... et primum *recuperata* ea

---

1) I. 810. *mensam* Gagn. *mensa* rel. — 2) II. 442. *eum* Agob. — 3) *interpretantur* Agob. Rig. — 4) I. 818. *tua domus* Gagn. Verba *tua ovis* delenda indic. Latinius. — 5) *exiliant* Latin. — 6) I. 803. *cui alii configurasse credendum* (*credendus* emend. Leop.) *est* Pam. Rig. lib. Clem. *cum alii configurasset, reddendum est* Gagn. *cum figurasset, cui alii reddendum est* Gelen. *cum figurasset, cui alii configurasse credendum est* Nicol. Rigaltius. *cum figurasset, cui alii credendum est* Fr. Iunius. — 7) II. 509. *perit* Rhen. I. Gagn. Rig.

et *revecta*, nescio *humeris* an... Anim. c. 34. p. 288.

Qui *requirendi* per montes et saltus et *humeris* essent *reportandi*. Scorp. c. 6. p. 360.

Sic et illis dominicarum *similitudinum* exemplis [8] de patientia sanctis adest. *Erroneam ovem* patientia pastoris *requirit* et *invenit*. Nam impatientia unam facile contemneret. Sed laborem inquisitionis patientia suscipit et *humeris* insuper *advehit baiulus* patiens peccatricem derelictam. Pat. c. 12. p. 96.

Errat et una pastoris *ovicula*, sed grex una carior non erat: *una* illa *conquiritur*, una pro omnibus desideratur et [9] tandem *invenitur* et *humeris* pastoris ipsius *refertur:* multum enim errando laboraverat. Paen. c. 8. p. 58.

4 sq. 8 sq. *Ovem* et *drachmam perditam* quis *requirit?* ... Is *perdidit* qui *habuit*. Is *requisivit* qui perdidit. Is *invenit* qui quaesivit. Is *exsultavit* qui invenit. Ita utriusque *parabolae* argumentum vacat circa eum cuius non est *ovis* neque *drachma*, id est homo. Marc. IV. c. 32. p. 320.

4—8. Quare *centum oves?* et quid utique *decem drachmae?* et quae illae *scopae?* Necesse [10] erat, qui *unius peccatoris* salutem gratissimam [11] deo volebat exprimere, aliquam numeri quantitatem nominaret de quo *unum* quidem *perisse* [12] describeret, necesse erat, ut habitus *requirentis drachmam*

---

8) I. 608. *dei patientia* Rhenanus. — 9) I. 659. *tamen* Rhen. I. — 10) I. 809. *erat* Gelen. Pam. Rig. *erant* Gagn. *erat, ut* Oehl. — 11) *a deo* Gagn. — 12) *describere* Gagn.

in domo tam *scoparum* quam *lucernae* adminiculo adcommodaretur. Pudic. c. 9. p. 386.

4—10. *Drachmam* inter omnia licet in stercore *repertam cum gaudio* praedicabit et *ovem* per aspera quaeque et abrupta fugitivam *humeris* ipsius domini in gregem [13]referet. Pudic. c. 9. p. 390.

7. Ut exprimeret adversus livorem Pharisaeorum suam gratiam et benevolentiam etiam circa *unum* ethnicum, praeposuit *unius peccatoris* salutem *ex paenitentia*, quam illorum *ex iustitia*. Pudic. c. 7. p. 381.

7. 10. *Exsultare* illius est de *paenitentia peccatoris*, id est de *perditi* recuperatione, qui . . . Marc. IV. c. 32. p. 320.

Laetantur caeli et qui illic *angeli*, *paenitentia hominis*. Paen. c. 8. p. 58.

8. Etiam *anus* illa intra tectum suum *drachmam requirebat*. Praescr. c. 12. p. 16.

8. 9. Iuxta *drachmae* quoque exemplum etiam intra *domum* dei ecclesiam licet esse aliqua delicta pro ipsius *drachmae* modulo ac pondere mediocria, quae ibidem delitescentia, mox ibidem et *reperta*, statim ibidem cum *gaudio* emendationis transigantur. Moechiae vero et fornicationis non *drachma* sed talentum, quibus *exquirendis* non *lucernae* [14]spiculo sed totius [15]solis lancea opus

13) I. 812. *refert* Gagn. — 14) I. 806. *spiculo lumine* Gagn. Gelen. Pam. *spiculi lumine* Rig. F. Ursinus *spiculo luminis* Fr. Iun. *spiculo* Latin. Ios. Scaliger. — 15) *solis* om. Gagn.

est. . . . Nec *congratulationem* [16]advocant *vicinarum* sed contristationem proximarum fraternitatum. Pudic. c. 7. p. 383 sq.

8—10. In *drachmae* parabola . . aeque ethnicum *drachmam* interpretamur, etsi in *domo amissam* . . etsi ad *lucernae* lumen *repertam*. Pudic. c. 7. p. 381.

Perdiderat unam ex decem [17]*didrachmis anus* illa et ideo *quaerebat*. Ubi tamen *invenit*, quaerere desiit. Praescr. c. 11. p. 15.

Quia illa similitudinum dominicarum argumenta nobis volunt? Quod *mulier drachmam perdidit* et *requirit* et *reperit* et *amicas ad gaudium invitat*, nonne *restituti peccatoris* exemplum est? Paen. c. 8. p. 58.

11—32. Illum etiam mitissimum *patrem* non tacebo qui *prodigum filium* revocat et post *inopiam* [18]*paenitentem* libens *suscipit*, *immolat vitulum* [19]*praeopimum*, convivio *gaudium* suum exornat. Quidni? *Filium* enim *invenerat quem amiserat*, cariorem senserat quem lucrifecerat. Quis ille nobis intellegendus *pater?* Deus scilicet; tam pater nemo, tam pius nemo. Is ergo te *filium* suum, etsi acceptum ab eo *prodegeris*, etsi nudus redieris, *recipiet*, quia redisti, magisque de regressu tuo quam de alterius sobrietate laetabitur; sed si *paeniteat* ex animo, si *famem* tuam

16) *advocat* Rig. F. Ursin. *advocant* Gagn. Gelen. Pam. — 17) II. 13. *drachmis* Agob. Rig. Latinius. — 18) I. 659. *paenitentiae* Rhen. I. — 19) *praeoptimum* 3 Vatic.

21. *Deliqui*, dicens, *pater, nec dignus ego iam vocari tuus*. Paen. c. 8. p. 58.

cum *saturitate mercenariorum paternorum* compares, si *porcos* immundum relinquas pecus, si *patrem repetas* vel offensum: *Deliqui*, dicens — Paen. c. 8. p. 58.

Circa *filiorum* . . *duorum* parabolam. Pudic. c. 8. p. 384.

Nunc de *filio prodigo* id prius considerandum est quod utilius . . .* Si Christianus est qui acceptam a deo *patre substantiam*, utique baptismatis, utique spiritus sancti et exinde spei aeternae, longe evagatus a patre *prodigit* ethnice vivens, si *exutus bonis* mentis etiam principi saeculi (cui [20] alii quam diabolo?) *servitium* suum *tradidit* et ab eo *porcis alendis*, immundis scilicet spiritibus curandis, praepositus *resipuit ad patrem reverti*, iam [21] non moechi et fornicarii, sed idololatrae et blasphemi et negatores et omne apostatarum genus [22] hac parabola patri satisfacient, et elisa est verissime hoc magis modo tota *substantia* sacramenti. Quis enim timebit *prodigere* quod habebit postea recuperare? Quis curabit perpetuo conservare quod non perpetuo poterit amittere? Securitas delicti etiam libido est eius. Recuperabit igitur et apostata *vestem* priorem, *indumentum* spiritus sancti, et [23] *annulum* denuo signaculum lavacri, et rur-

20) I. 810. *aliquamdiu diabolo* Gagn. — 21) *nunc moechis et fornicatoriis et* Gagn. — 22) *hanc parabolam* Gagn. — 23) *anulum* Gagn.

sus illi *mactabitur* Christus et *recumbet* eo in toro de quo indigne vestiti [24] a tortoribus scient tolli et abici in tenebras. Pudic. c. 9. p. 387 sq.

11—32. Plus est.. si nec expedit in Christianum [25] convenire ordinem *filii prodigi.* Quodsi nec in Iudaeum integre filii imago concurrit, ad propositum domini simpliciter interpretatio gubernabitur. Venerat dominus utique ut quod *perierat* salvum faceret, medicus languentibus magis quam sanis necessarius. Hoc et in parabolis figurabat et in sententiis praedicabat. Quis *perit* hominum, quis [26] labat de valetudine, nisi qui [27] deum nescit? Quis salvus ac sanus, nisi qui [27] deum novit? Has duas species de genere fraternas haec quoque signabit parabola. Vide an habeat ethnicus *substantiam* in deo *patre* census et sapientiae et naturalis agnitionis in deum, per quam et apostolus notat in sapientia dei non cognovisse mundum per sapientiam deum, quam utique a deo acceperat. Hanc itaque *prodegit, longe* a domino moribus [28] *factus* inter errores et illecebras et libidines saeculi, ubi [29] *fame* veritatis compulsus tradidit se principi huius aevi. Ille eum praefecit *porcis*, [30] ut familiare id daemonum pecus [31] *pasceret*, ubi nec [32] ille compos esset vitalis

24) *a tortoribus* Pam. Rig. lib. Clem. *moribus* F. Ursinus. *auribus* reliq. — 25) I. 811. *et invenire* Gagn. — 26) *levat* Gagn. — 27) *deum* Pam. Rig. lib. Clem. *dominum* rel. — 28) *factus* libri omnes. *iactus* Oehl. — 29) *fama* Gagn. — 30) *in familiare* Gagn. — 31) *pascere* Gagn. — 32) *ille* Rig. P. Ciaccon. *illi* Gagn. Gelen. Pam.

[33] *escae* simulque alios [34] videret in *opere* divino *abundantes pane* caelesti. *Recordatur patris* dei, satisfacto *redit*, *vestem* pristinam *recipit*, statum scilicet eum quem Adam transgressus amiserat. [22] *Annulum* quoque [35] *accipit* tunc [36] primum, quo fidei pactionem interrogatus obsignat atque ita exinde *opimitate* dominici corporis *vescitur*, eucharistia scilicet. Hic erit *prodigus filius* qui nunquam retro frugi, qui statim prodigus, quod non statim Christianus. Hunc et Pharisaei, de saeculo ad *patris complexus revertentem*, in publicanis et peccatoribus [37] moerebant. Et ideo ad hoc solum *maioris fratris* accommodatus est *livor*, non quia innocentes et deo obsequentes Iudaei, sed quia invidentes nationibus salutem, plane quos *semper apud patrem esse* oportuerat. Pudic. c. 9. p. 388—390.

13—16. *Minor filius prodacta substantia* dei in *aliena regione mendicat*, serviens usque adhuc principibus eius, id est saeculi huius. Pudic. c. 8. p. 385.

15. 16. . . parasiti adfectant ad gloriam famulandae libertatis sub auctoramento *ventris* inter contumelias *saginandi*. Apol. c. 39. p. 96.

20. Suis . . *sinum* subicit. Pudic. c. 10. p. 392.

20—32. Illum quoque *prodigum filium* patientia *patris* et *recipit*

33) *escae* Rig. P. Ciaccon. *esca* Gagn. Gelen. Pam. — 34) *videt* Gagn. — 35) I. 811. *accipit* Rig. F. Ursinus *accepit* rel. — 36) *pristinum* Gagn. — 37) *merebant* Gagn.

et *vestit* et *pascit* et apud impatientiam *irati fratris excusat.* Salvus est igitur qui *perierat,* quia paenitentiam iniit. Pat. c. 12. p. 96.

23. Illi . . . quibus hanc *saginatiorem* et auratiorem et maiorem hostiam *caedis*, salutem tuam. Idol. c. 6. p. 153.

29. Dictum ad patrem: *Ecce,* [38]*quot annis tibi servio et praeceptum tuum nunquam praeterivi.* Pudic. c. 8. p. 385.

31. Patris . . vox: *Tu semper mecum es et omnia mea tua sunt.* Pudic. c. 8. p. 385.

Cap. XVI.

9. *Et ego,* inquit, *dico vobis, facite vobis amicos de mammona iniustitiae.* Marc. IV. c. 33. p. 321.

1—9. Admonens . . nos, de saecularibus *suffragia nobis prospicere amicitiarum* secundum servi illius exemplum qui *ab actu summotus* dominicos *debitores* [1]deminutis cautionibus relevat in subsidium sibi. Marc. IV. c. 33. p. 321.

Facite autem vobis amicos de mammona, . .

. . quomodo intellegendum sit, parabola praemissa [2]te doceat ad populum Iudaicum [3]dicta, qui commissam sibi rationem domini cum male *administrasset,* [4]deberet de *mammonae* [5]hominibus, quod nos eramus, *amicos sibi* potius *prospicere,* quam inimicos, et relevare nos a debitis pecca-

---

38) I. 807. *quotannis* Gagn. — 1) II. 245. *deminutis* Rig. ex emend. Latinii. *diminuit* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 2) I. 489. *te* om. Rig. — 3) *dicta* Rig. F. Ursin. *dictum* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 4) *debere* Rhen. I. — 5) *nominibus* Latinius.

torum quibus deo detinebamur, si nobis [6] id dominica ratione conferrent: ut cum coepisset [7] ab huius deficere gratia, ad nostram fidem refugientes *reciperentur in tabernacula aeterna.* Quamvis nunc puta aliam interpretationem parabolae et sententiae istius, dum scias verisimile non esse, ut concussores nostri *in amicitiam redacti* per *mammonam recipiant* tunc *nos in tabernacula aeterna;* sed quid non timiditas persuadebit, quasi et fugere [8] scriptura permittat et redimere praecipiat? Fug. c. 13. p. 198.

9. Quomodo *amicos de mammona fabricabimus nobis*, si eum in tantum amaverimus, ut amissum non sufferamus? Peribimus cum perdito. Pat. c. 7. p. 88.

11. 12. Dictum: *Si in mammona iniusto fideles non exstitistis, quod verum est quis vobis credet? ... Et si in alieno fideles inventi non estis,* [9] *meum quis dabit vobis?* Marc. IV. c. 33. p. 322.

11. 12. Haec non cadunt in creatorem sed *in mammonam, Quis vobis credet quod verius est?* et *Quis vobis dabit quod meum est?* Marc. IV. c. 33. p. 322.

12. Et quod nostrum videtur, *alienum* est; nihil enim nostrum, quoniam dei omnia, cuius ipsi quoque nos. Pat. c. 7. p. 88.

13. Iniustitiae .. auctorem et dominatorem totius saeculi nummum scimus omnes; cui famulatam videns Pharisaeorum cupiditatem [10] amen-

13. Quibus *duobus dominis neget posse serviri*, quia *alterum offendi* sit necesse, *alterum defendi*, ipse declarat, *deum* proponens *et mammonam.* Marc. IV. c. 33. p. 320.

6) *id* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *in* Iunius. *de* Rig. Latinius. — 7) *ab huius* Rig. F. Ursin. *ab his* rel. — 8) *scriptura* Rig. Rhenanus. Latin. *scriptum* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. 3 Vatic. — 9) II. 246. *quod meum est quis* Pam. Rig. — 10) II. 245. *ammentavit* Rig. *amentavit* Pam. [„Nam et alteri codici ms. Vatic. adiuncta erat haec ad marginem

tavit hanc sententiam: *Non potestis deo servire et mammonae.* Marc. IV. c. 33. p. 321.

14. *Irridebant* denique *Pharisaei pecuniae cupidi*, quod intellexissent scilicet mammonam de nummo dictum. Marc. IV. c. 33. p. 321.

15. Adicit: *Scit autem deus corda vestra* . . . *Quod elatum est apud homines, perosum est deo.* Marc. IV. c. 33. p. 323.

15. *Iustificantes se coram hominibus* Pharisaei spem mercedis in homine ponebant . . . eos . . increpabat. Marc. IV. c. 33. p. 322.

16. Dicens: *Lex et prophetae usque ad Ioannem, ex quo regnum dei annuntiatur.* Marc. IV. c. 33. p. 323.

Ut hoc sit: *Lex et* [11]*prophetae usque ad Ioannem.* Marc. V. c. 8. p. 406. III. c. 23. p. 175.

Et merito evangelista: *Lex et prophetae usque ad Ioannem* [12]*baptizatorem.* Iud. c. 8. p. 298. c. 13. p. 333.

16. Limitem quendam agnoscamus *Ioannem* constitutum inter vetera et nova, ad quem desineret Iudaismus et a quo inciperet Christianismus. Marc. IV. c. 33. p. 323.

Sedatio *legis* et *prophetarum* et initiatio *evangelii* in quo est *dei regnum*.. Marc. IV. c. 33. p. 323.

Ioannem . . . in hoc venturum, ut *legis* et *prophetarum* ordo exinde cessaret per adimpletionem, non per destructionem, et *regnum dei* a Christo *annuntiaretur.* Marc. IV. c. 33. p. 324.

.. altera pro ipso trucidata utique *vim sensit.* Anim. c. 19 ex.

17. Subtexuit, *facilius* elementa *transitura*, *quam verba sua*, confirmans hoc quoque, quod de Ioanne dixerat, non praeterisse. Marc. IV. c. 33. p. 324.

Transeat igitur *caelum et terra citius* . . *quam unus apex verborum domini.* Marc. IV. c. 33. p. 324.

18. Christus divortium

18. Facta .. mentione Ioannis

---

expositio: *amentavit, id est ab amento libravit seu vibravit.*" Pam.] — 11) II. 297. *prophetae* Pam. Rig. 2 Vatic. *propheta* reliq. — 12) II. 718. *baptistam* Fuld.

prohibet dicens: *Qui dimiserit uxorem suam et aliam duxerit, adulterium* [13]*committit. Qui dimissam a viro duxerit*, aeque *adulter est.* Marc. IV. c. 34. p. 324.

Qui dimiserit, inquit, *uxorem et aliam duxerit, adulterium commisit. Et qui a marito dimissam duxerit*, aeque *adulter est.* Marc. IV. c. 34. p. 325.

dominus, et utique successus exitus eius, illicitorum matrimoniorum et [14]*adulterii* [15]figura iaculatus est in Herodem, *adulterum* pronuntians etiam *qui dimissam a viro duxerit:* quo magis impietatem Herodis oneraret qui non minus morte quam repudio *dimissam a viro duxerat*, et hoc, fratre habente ex illam filiam, et vel eo nomine [16]illicite ex libidinis, non ex legis instinctu: ac propterea propheten quoque assertorem legis occiderat. Marc. IV. c. 34. p. 328.

19—31. Subsequens argumentum *divitis apud inferos dolentis* et *pauperis in sinu Abrahae requiescentis.* Marc. IV. c. 34. p. 328.

Illud . . . ipsum cohaeret mentioni Ioannis male tractati et [17]suggillatui Herodis male [18]maritati, utriusque exitum deformans, Herodis *tormenta* et Ioannis *refrigeria.* Marc. IV. c. 34. p. 328.

22. Aspernati si forte *in Abrahae sinu* exspectandae resurrectionis solatium [19]carpere. Anim. c. 55. p. 325.

Stolae martyriorum praeparantur, *angeli baiuli* sustinentur. [1 Thess. 4, 16. 17.] Cult. c. 13. p. 72.

22—26. Si cum saeculo [20]gaudemus, verendum est ne cum

13) II. 247. *committet* Rhen. I. *commisit* Pam. — 14) II. 249. *adulterii* Pam. Rig. Vatic. *adulteri* reliq. — 15) *figuras* Rig. *fulgura* P. Ciacconius. — 16) *illicita* Rhen. I. — 17) II. 250. *suggillatui* Rig. *suggillati* rel. — 18) *maritati* Gagn. in marg., ex coni. Rhenani. *meritati* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. Rig. *invitati* Fr. Iunius. — 19) II. 642. *carpere* Gagn. Pam. *capere* rel. — 20) I. 88. *gaudebimus* Agob. (Baluz.).

saeculo et lugeamus. [21] Saeculo autem gaudente lugeamus, [22] et saeculo postea [23] lugente gaudebimus. Sic et [24] *Lazarus apud inferos in* [25] *sinu Abrahae refrigerium* consecutus, contra *dives in tormento ignis* constitutus, *alternas malorum* [26] *et bonorum vices* aemula retributione compensant. Idol. c. 13. p. 165.

22—31. Animas *torqueri foverique penes inferos*, licet nudas, licet adhuc exsules carnis, [27] probavit *Lazari* exemplum. Resurr. c. 17. p. 241.

Dolet apud inferos anima cuiusdam et *punitur in flamma* et *cruciatur* in *lingua* et de *digito* animae felicioris implorat *solatium roris*. Imaginem existimas exitum illum *pauperis* laetantis et *divitis* moerentis? et quid illic [28] *Lazari* nomen, si non in veritate res est? Anim. c. 7. p. 222.

Nulli .. animae omnino inferos patere, satis dominus in argumento [29] illo *pauperis requiescentis* et *divitis ingemiscentis* ex persona *Abrahae* sanxit, non posse [30] inde relegari renuntiatorem dispositionis infernae: quod vel tunc licere potuisset, ut *Moysi* et *prophetis crederetur*. Anim. c. 57. p. 333.

Velis ac nolis, et *supplicia* iam illic et *refrigeria*, habes *pau-*

21) *saeculo* — — *lugeamus* om. Agob. (Baluz.). — 22) *sed* id. — 23) *audente* Agob. (Hild.). — 24) *Lazarus* Pam. Rig. *Eleazar* Agob. Gagn. Gelen. 25) *sinus* Agob. — 26) *et bonorum* om. Agob. (Baluz.). — 27) II. 488. *probavit* Gelen. Pam. Rig. *probabit* Rhen. I. Gagn. — 28) II. 566. *Eleazari* Agob. — 29) II. 648. *illo* om. Agob. (Hild.). — 30) *inde* om. Gelen. Pam.

perem et *divitem* . . . Cur enim non putes, animam et *puniri* et *foveri in inferis* interim sub expectatione utriusque iudicii in quadam usurpatione et candida eius? Anim. c. 57. p. 333.

23. Scriptura . . quae [31]*ad inferos* discernit *Abrahae sinum pauperi*. Aliud enim *inferi*, ut puto, aliud quoque *Abrahae sinus*. Marc. IV. c. 34. p. 329.

23. 24. Et *diviti apud inferos lingua* est et *pauperi digitus* et *sinus Abrahae*. Anim. c. 9. p. 227.

23—25. Si quid *tormenti* sive *solatii* anima [32]praecerpit [33]in carcere seu diversorio *inferum*, in *igni* vel in *sinu Abrahae*, probata erit corporalitas animae. Anim. c. 7. p. 222.

23—26. Nec *allevasset dives oculos* et quidem *de longinquo*, nisi in superiora, et de altitudinis longinquo per *immensam* illam *distantiam* sublimitatis et profunditatis. Unde apparet sapienti cuique, qui aliquando Elysios audierit, esse aliquam localem determinationem quae *sinus* dicta sit *Abrahae* ad recipiendas animas filiorum eius, etiam ex nationibus . . . Eam itaque regionem *sinum* dico *Abrahae*, [34]etsi non caelestem, sublimiorem tamen *inferis*: interim *refrigerium* praebituram animabus iustorum, donec consummatio rerum resurrectionem omnium plenitudine mercedis expungat. Marc. IV. c. 34. p. 329.

---

31) II. 250. *ab inferis* Pam. Rig. *ad inferos* reliq. — 32) II. 566. *praecepit* Rig. — 33) *in carcere* Gelen. Pam. Rig. *carcere in corpore* Gagn. *in corpore* Agob. — 34) II. 250. *et non* Rhen. I.

24. Spiritus qui illic de *tormento aquae* anhelat .. Anim. c. 14. p. 236.

25. Christus ... pollicetur ... post decursum vitae apud inferos in sinu Abrahae *refrigerium.* Marc. III. c. 24. p. 177.

26. Et *magnum* ait [35] *intercidere regiones istas profundum* et *transitum* [36] *utrimque prohibere.* Marc. IV. c. 34. p. 329.

Ubi erit scholae regio in tanta distantia deversoriorum? qua ratione discipulae ad magistras conventabunt, *tanto discrimine* invicem absentes? Anim. c. 54. p. 324.

Si paradisum nominemus, locum divinae amoenitatis recipiendis sanctorum spiritibus destinatum, maceria quadam igneae illius zonae a notitia orbis communis segregatum, Elysii campi fidém occupaverunt. Apol. c. 47. p. 114.

29. . . ut iam audiret Herodes: *Habent* illic *Moysen et prophetas; illos audiant.* Marc. IV. c. 34. p. 328.

Habent, inquit, *Moysen et Heliam*, i. e. legem et prophetas Christum praedicantes. Praescr. c. 8. p. 11.

Apud inferos . . dictum est: *Habent* illic *Moysen et prophetas*; *audiant illos.* Marc. IV. c. 34. p. 331.

29. Iudaei ... *habentes* gubernacula disciplinae et timoris instrumenta legem et *prophetas.* Pudic. c. 7. p. 381.

Nostri dei monela de caelo non *Moysen et prophetas* iussit *audiri*, sed Christum: hunc audite. Merito; tunc enim apostoli satis iam *audierant Moysen et prophetas*, qui secuti erant Christum, *credendo Moysi et prophetis.* Marc. IV. c. 34. p. 330.

35) II. 250. *intercidere* Rhen. I. prob. Fr. Iun., Seml. *intercedere* Pam. Rig. Leop. Oehl. — 36) *utrumque* Rhen. I.

Cap. XVII.

1. 2. Conversus ibidem *ad discipulos*, *Vae dicit* auctori *scandalorum*; [1]*expedisse ei, si natus non fuisset aut si molino saxo ad collum deligato praecipitatus esset in profundum, quam unum ex illis modicis*, utique discipulis eius, *scandalizasset*. Marc. IV. c. 35. p. 331.

Agnosce igitur et iudicem et illo affectu pronuntiantem de cura suorum quo ... Marc. IV. c. 35. p. 332.

3. *Peccantem fratrem* iubet *corripi:* quod qui non fecerit, utique deliquit, aut ex odio volens fratrem in delicto perseverare aut ex acceptione personae parcens ei. Marc. IV. c. 35. p. 332.

4. Et *veniam* [2]*des* fratri *in te delinquenti* iubet, etiam *septies*. Marc. IV. c. 35. p. 332.

7. 8. Irreligiosum est ante famulorum carnem refrigerare quam domini. Ieiun. c. 10. p. 409.

12—14. Lex *leprosorum* quantae sit interpretationis erga species ipsius vitii et inspectationis summi sacerdotis, nostrum erit scire.... In *curatione decem leprosorum quos* tantummodo *ire* iussos, *ut se ostenderent sacerdotibus*, *in itinere purgavit*, sine tactu iam et sine verbo, tacita potestate et sola voluntate. Marc. IV. c. 35. p. 332 sq.

14. Praecepit: *Ite, ostendite vos sacerdoti-*

14. Quoniam ipse erat authenticus *pontifex* dei patris, inspexit

1) II. 251. *expedisset* Gelen. — 2) II. 252. *dei* Rhen. I.

bus. Marc. IV. c. 35. p. 334.

illos secundum legis arcanum, significantis Christum esse verum disceptatorem et elimatorem humanarum macularum. Marc. IV. c. 35. p. 334.

Cum ille verbo ... *leprosos purgaret.* Apol. c. 21. p. 57.

14. 18. Ingratos curavit. Pat. c. 3. p. 79.

15—18. Ut vidit agnovisse legem illos Hierosolymis expungendam, ex fide iam iustificandos sine legis ordine remediavit. Unde et *unum* illum *solutum* ex decem, memorem divinae gratiae, *Samariten* miratus, non mandat offerre munus ex lege, quia satis iam obtulerat *gloriam deo reddens.* Marc. IV. c. 35. p. 335.

16. In *Samariae* regionibus res agebatur (17, 11), unde erat et *unus* interim ex *leprosis.* Marc. IV. c. 35. p. 334.

17—19. Nunc etsi (4, 27) praefatus est, multos tunc fuisse leprosos apud Israelem in diebus Helisaei prophetae et neminem eorum purgatum nisi Naaman Syrum, non utique et numerus faciet ad differentiam deorum in destructionem creatoris, *unum remediantis*, et praelationem eius qui *decem emundarit.* Marc. IV. c. 35. p. 333.

19. *Fides tua te salvum fecit.* Marc. IV. c. 35. p. 335.

20. Nec Pharisaei possunt videri de alterius *dei regno* consuluisse dominum, *quando venturum sit* .... Marc. IV. c. 35. p. 336.

20. 21. *Non venit,* inquit, *regnum dei cum ob-*

servatione nec dicunt: Ecce hic, ecce illic. Ecce enim regnum dei intra vos est. Marc. IV. c. 35. p. 336.

21. *Non hic nec illic; ecce enim intra vos est regnum dei.* Marc. IV. c. 35. p. 336.

27. 28. *Nubebant et emebant* . . . .

21. Quis non ita interpretabitur: *Intra vos est*, id est in manu, in potestate vestra, si audiatis, si faciatis dei praeceptum? Marc. IV. c. 35. p. 336.

25. 30. Dicens . . *filium hominis ante multa pati et reprobari oportere*, ante adventum suum . . . Marc. IV. c. 35. p. 336.

26—30. Cur eum (adventum sc. suum) *diebus Noë* et *Loth* comparat tetris et atrocibus . . lenis et mitis? Marc. IV. c. 35. p. 337.

27. 28. *Nubamus* quotidie et *nubentes* a *die* [3] illo deprehendamur, ut *Sodoma* et Gomorrha. Nam illic non utique nuptias et [4] mercimonia solummodo agebant; sed cum dicit:

. . insigniora ipsa carnis et saeculi vitia [5] denotat, quae a divinis disciplinis plurimum avocent: alterum per lasciviendi voluptatem, alterum per acquirendi [6] voluntatem. Ux. I. c. 5. p. 81.

32. Cur admonet *meminisse uxoris Loth?* Marc. IV. c. 35. p. 337.

33. Illam (*animam* sc.) *salvam* venit *facere* Christus . . . illam pluris fieri vetat. Anim. c. 13. p. 235.

3) I. 677. *illo* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *illo timoris* Rig. — 4) *matrimonia* Rhen. I. — 5) *denotat* Agob. Rig. *definit* Gagn. Gelen. Pam. *detinentes* Rhen. I. — 6) *cupiditatem* Agob. Rig. *voluntatem* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam.

Cap. XVIII.

1—8. Et *orandi perseverantiam et instantiam* mandans, *parabolam iudicis* ponit, coacti audire *viduam* instantia et perseverantia interpellationum eius. Marc. IV. c. 36. p. 337 sq.

Nullam *parabolam* non aut ab ipso invenias [1] edisseratam... aut a commentatore evangelii praeluminatam, ut *iudicis superbi* et *viduae instantis* ad *perseverantiam orationis* ... Resurr. c. 33. p. 273.

2—5. *Vidua* a *iudice* petebat audiri, quia non admittebatur: sed ubi audita est, hactenus *institit*. Praescr. c. 11. p. 16.

Etiam *vidua* illa non inimicum, licet durum, *iudicem* interpellabat. Praescr. c. 11. p. 16.

7. Subiunxit, *facturum deum vindictam electorum suorum*. Marc. IV. c. 36. p. 338.

Deum.. quem *electorum suorum clamantium ad eum die* [2] *et nocte vindicem* ostendit. Marc. IV. c. 36. p. 338.

10—14. *Templum* .. inducit et *duos adorantes* diversa mente describit, *Pharisaeum* in superbia, *publicanum* in humilitate, ideoque alterum *reprobatum*, alterum *iustificatum descendisse*. Marc. IV. c. 36. p. 338.

Docendo, qua disciplina sit *orandum*, eum et hic orandum constituit a quo relaturi essent eam orandi disciplinam, sive re-

---

1) II. 508. *edisseratam* Rhen. I. Gelen. Pam. 3 Vatic. codd. Patern. Hirsaug. Gorz. *edissertatam* Gagn. Rig. *edissertam* cod. Clem. — 2) II. 255. *ac* Gelen. Pam. Rig.

18. Interrogatus ab illo quodam: *Praeceptor optime, quid faciens vitam aeternam possidebo?* Marc. IV. c. 36. p. 339.

19. *Quis optimus nisi unus*, inquit, *deus?* Marc. IV. c. 36. p. 338.

20. *Praecepta*, inquit, *scis?* Marc. IV. c. 36. p. 340.

22. *Unum*, inquit, *tibi deest. Omnia quaecunque habes vende et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo; et veni, sequere me.* Marc. IV. c. 36. p. 339.

probatricem superbiae sive [3] iustificatricem [4] humilitatis.' Marc. IV. c. 36. p. 338.

Ille *publicanus*, qui non tantum prece sed et vultu [5] humiliatus atque deiectus orabat, *iustificatior* Pharisaeo procacissimo *discessit.* Orat. c. 13. p. 15.

20. *Interrogatus* ... de *praeceptis* .. *an ea sciret*, i. e. faceret, expostulavit, ad contestandum praeceptis .. vitam acquiri sempiternam. Marc. IV. c. 36. p. 339.

[6] Resciditne Christus priora *praecepta non occidendi, non adulterandi, non furandi, non falsum testandi, diligendi patrem et matrem?* [7] An et illa servavit et quod deerat adiecit? Marc. IV. c. 36. p. 339.

20. 21. Cumque ille principaliora quaeque affirmasset *observasse se ab adulescentia: Unum*, inquit —. Marc. IV. c. 36. p. 339.

22. Quanquam et hoc praeceptum *largitionis in egenos* ubique diffusum sit in lege et prophetis, uti gloriosissimus ille observator praeceptorum pecuniam [8] multo cariorem habiturus traduceretur ... Simul et caetera dubitatione

3) II. 255. *iustificationem* Rhen. I. — 4) *humiliatis* Gagn. — 5) I. 569. *humilis* Ambrosian. — 6) II. 256. *recidit ne* Rhen. I. — 7) *ante et* id. *anne et* Rhenanus, prob. Fr. Iun. — 8) II. 256. *multam* Rhen. I.

Vende, inquit, *quae habes* . . *et da*, inquit, *egenis* . . . *et veni*, inquit, *sequere me*. Marc. IV. c. 36. p. 340.

liberavit, manifestando unius esse et dei nomen et optimi et vitam aeternam et *thesaurum in caelo*.. Marc. IV. c. 36. p. 339.

Omnia vendenda sunt et *egentibus dividenda*. Idol. c. 12. p. 163.

24. 25. Semper .. *divites* praedamnat. [Mt. 19, 23 sq.] Pat. c. 7. p. 87.

27. Legimus: *Quae impossibilia apud homines, possibilia apud deum*. Resurr. c. 57. p. 331.

Praedifficilia penes homines facilia penes deum. Bapt. c. 2. p. 186.

Impossibilia apud saeculum possibilia apud deum. Prax. c. 10. p. 208.

Quae penes homines difficilia, penes deum facilia. Idol. c. 12. p. 164.

35 — 38. Cum .. praetereuntem illum caecus audisset . . exclamavit: *Iesu, fili David, miserere mei!* Marc. IV. c. 36. p. 340. 342.

38. A caeco illo *filius David* fuerat invocatus. Marc. IV. c. 38. p. 348.

39. Sed *antecedentes increpabant* caecum, *uti taceret*. Marc. IV. c. 36. p. 340.

42. *Fides*, inquit, *tua te salvum fecit*. Marc. IV. c. 36. p. 341. 342. Praescr. c. 14. p. 18. Bapt. c. 12. p. 200.

42. . . ut non prius hanc caecitatem hominis illius enubilasset.. Marc. IV. c. 36. p. 341.

42. 43. Manifestissime confirmavit caeci praedicationem et ipsa remuneratione medicinae et *testimonio fidei*. Marc. IV. c. 36. p. 341.

Fidem hominis etsi melius oculatam, etsi veri luminis compotem, exteriore quoque visione donavit, ut et nos regulam simulque mercedem fidei disceremus: Qui vult videre, Iesum David filium credat per virginis censum. Marc. IV. c. 36. p. 341.

43. *Et omnis populus laudes* [9] *referebat deo.* Marc. IV. c. 37. p. 343.

Cap. XIX.

5—7. Nullius mensam tectumve despexit. [Mt. 8, 8. 9, 10. Luc. 7, 6.] Pat. c. 3. p. 78.

6. *Zachaeus* etsi allophylus, fortasse tamen aliqua notitia scripturarum ex commercio Iudaico afflatus, plus est autem, et ignorans Esaiam, praecepta eius impleverat . . . Hoc cum maxime agebat, *exceptum* domo sua pascens dominum. Marc. IV. c. 37. p. 343.

8. . . dicendo: *Et si cui quid per calumniam eripui, quadruplum reddo.* Marc. IV. c. 37. p. 343.

8. Et nudum si videris, [1]contegito. Hoc cum maxime promittebat, in omnia misericordiae opera *dimidium substantiae* offerens; dissolvens violentiorum [2]contractuum obnexus et dimittens conflictatos in laxamentum et omnem conscriptionem iniquam dissipans, dicendo —. Marc. IV. c. 37. p. 343.

9. Dominus: *Hodie,*

9. Consequitur et *Zachaei do-*

9) II. 258. *referebat* Pam. Rig. *referebant* Rhen. I. Gagn. Gelen. *resonabat* Vatic. — 1) II. 259. *contegito* Pam. Rig. Vatic. *tegito* Rhen. I. Gagn. Gelen. — 2) *contractuum obnexus* Pam. Rig. Vatic. *contractum obnoxiis* Rhen. I. *contractuum obnoxios* Gagn. Gelen.

inquit, *salus huic domui.* Marc. IV. c. 37. p. 343.

10. Dicit: *Venit enim filius hominis, salvum facere quod periit.* Marc. IV. c. 37. p. 343.

mus salutem. Marc. IV. c. 37. p. 342.

10. Ad hoc *venisse se* dicit, *uti quod periit salvum faciat.* Resurr. c. 34. p. 275. (c. 9. p. 228. Carn. c. 12. p. 373).

11—27. *Servorum* quoque *parabola*, qui secundum rationem *feneratae pecuniae* dominicae diiudicantur, iudicem ostendit deum etiam ex parte severitatis: non tantum honorantem, verum et *auferentem quod quis videatur habuisse.* Aut si et hic creatorem finxerit *austerum*, *tollentem quod non posuerit*, et *metentem quod non severit*, hic quoque me ille instruit, cuius *pecuniam* ut *fenerem* edocet. Marc. IV. c. 37. p. 344.

12. 13. Et data est illi *regia potestas* quam in parabola *postulaturus exierat*, *relicta pecunia servis qua* [3] *feneraretur.* Marc. IV. c. 39. p. 353.

20—24. Ipse per similitudinem praefiguraverat, ne *unam mnam*, i. e. unum verbum eius, *sine fructu in abdito reservarent.* Praescr. c. 26. p. 31.

22. Cur . . interrogabat? An ut *ex ore ipsorum iudicaret illos* vel ex corde? Marc. IV. c. 38. p. 344.

40. Instrumenta imperii *loquentur*, ut *lapides Hierusalem.* Scorp. c. 15. p. 387.

---

3) II. 264. *feneraretur* codd. *fenerarentur* Latinius.

Cap. XX.

3. 4. Sciebat Christus *baptisma Ioannis unde esset.* Et cur quasi nesciens *interrogabat?* Marc. IV. c. 38. p. 344.

5. *Et quare,* inquit Christus, *non credidistis ei?* Marc. IV. c. 38. p. 345.

5. Sed *de caelis* fuit baptisma Ioannis. Marc. IV. c. 38. p. 345.

6. Puta illos renuntiasse *humanum* Ioannis baptisma: statim *lapidibus elisi* fuissent. Marc. IV. c. 38. p. 344.

7. Sciebat *non responsuros* sibi Pharisaeos. Et cur frustra interrogabat? Marc. IV. c. 38. p. 344.

7. 8. Nolentibus renuntiare quid saperent . . . et ipse *vicem opponit.* Marc. IV. c. 38. p. 345.

8. *Et ego non dico vobis, in qua virtute haec facio.* Marc. IV. c. 38. p. 345.

24. 25. Quae erunt *dei?* Quae similia [1] sunt *denario Caesaris, imago* scilicet et similitudo eius. Hominem igitur reddi iubet creatori, in cuius *imagine* et similitudine et nomine et materia expressus est. Marc. IV. c. 38. p. 345.

25. *Reddite quae Caesaris Caesari et quae sunt dei deo.* Marc. IV. c. 38. p. 345. Scorp. c. 14. p. 386. Fug. c. 12. p. 196. Resurr. c. 22. p. 253. Cor. c. 12. p. 357.

27—33. *Sadducaei, resurrectionis negatores,* de ea habentes

1) II. 260. *sint* Rhen. I. Gagn.

34. *Filii huius aevi nubunt et nubuntur.* Marc. IV. c. 38. p. 347.

35. *Quos autem dignatus est deus illius aevi possessione et resurrectione* .. Marc. IV. c. 38. p. 347.

interrogationem, proposuerant domino ex lege materiam *mulieris quae septem fratribus ex ordine defunctis* secundum praeceptum legale *nupsisset, cuius viri deputanda esset in resurrectione.* Marc. IV. c. 38. p. 345 sq. (Resurr. c. 36 in.)

33. De statu illius aevi consulebatur, *cuius uxor futura esset post resurrectionem* in illo aevo. Marc. IV. c. 38. p. 347.

34. Respondit .. *huius* quidem *aevi filios nubere.* Marc. IV. c. 38. p. 346.

34—36. De *aevo venturo* quaerebatur, in quo *neminem nubere* definiturus praestruxit, hic quidem *nubi* ubi sit et *mori.* Ibid.

35. Nacti .. scripturae textum ita in legendo decucurrerunt: *Quos autem dignatus est deus illius aevi.* [2] *Illius aevi* [3] deo [4] adiungunt, quo alium deum [5] faciant illius aevi. Cum sic legi [6] oporteat: [7] *Quos autem dignatus est deus,* ut facta hic distinctione post deum ad sequentia pertineat *illius aevi:* i. e. *quos dignatus sit deus, illius aevi possessione et resurrectione.* Marc. IV. c. 38. p. 347.

35. 36. *Quos vero dignatus sit deus illius aevi possessione et resurrectione a mortuis, neque nubere neque nubi, quia nec morituri iam* [8] *sint, cum similes angelorum fiant, dei* [9] *et resurrectionis filii facti.* Marc. IV. c. 38. p. 346.

---

2) II. 261. *illius aevi* om. Rhen. I. — 3) *deo* Rig. Oehl. *ideo* Seml. Leopold. — 4) *adiungat* Rhen. I. — 5) *faciunt* id. — 6) *oportet* id. — 7) *quod* Gagn. — 8) *sint* Rig. — 9) *et* om. Rhen. I. Gagn.

Domius . . eam (*resurrectionem* sc.) [10]confirmabat . . . Neque . . *nupturos tunc* [11]negavit . . . [12]Atquin *filios resurrectionis* [13]appellavit, per eam quodammodo nasci habentes, [14]post quam *non nubent*, sed resuscitati —

36. *Similes enim erunt angelis*, —

qua *non nupturi*, quia *nec morituri*. Resurr. c. 36. p. 281.

Regnum eius, quod non corrumpetur, quia *nec morientur in illo nec nubent*, sed:

Erunt sicut angeli. Marc. IV. c. 39. p. 353.

Habes et tempora permissarum et negatarum nuptiarum, non ex sua propria sed ex resurrectionis quaestione. Habes et ipsius resurrectionis confirmationem et totum quod Sadducaei sciscitabantur, non de alio deo interrogantes nec de proprio nuptiarum iure quaerentes. Marc. IV. c. 38. p. 347.

Erunt enim, inquit, *sicut angeli*. Marc. III. c. 9. p. 140.

36. *Erimus enim sicut angeli*. Marc. V. c. 10. p. 419.

39. Scribae: *Magister*, inquiunt, *bene dixisti*. Marc. IV. c. 38. p. 347.

39. Testimonium eorum qui ita eum respondisse praesumpserant non recusavit. Marc. IV. c. 38. p. 348.

41. 44. Scribae *Christum filium David* existimabant, *ipse* autem *David dominum eum appellat*. Marc. IV. c. 38. p. 348.

Ex nostra parte [15]quam con-

10) II. 513. *confirmabat* Pam. Rig. cod. Clem. *confirmat* reliq. — 11) *negabit* Rhen. I. — 12) *atquin* Pam. Rig. cod. Clem. *atqui* reliq. — 13) *appellavit* Pam. Rig. de cod. Clem. *appellat, ut* reliq. — 14) *postquam* Seml. Leop. — 15) II. 262. *quamquam* Rhen. I.

veniens interpretatio! Nam qui olim a caeco illo *filius David* fuerat invocatus, quod tunc reticuit, non habens in praesentia Scribas, nunc ultro coram eis de industria protulit, ut *se*, quem caecus secundum Scribarum doctrinam *filium* tantum *David* praedicarat, *dominum* quoque *eius ostenderet*, remunerata quidem fide caeci qua *filium David* crediderat [16]illum, pulsata vero [17]traditione Scribarum qua non et *dominum* eum norant. Marc. IV. c. 38. p. 348.

Cap. XXI.

7—36. *Interrogatus* a discipulis, *quando eventura essent* quae interim de templi exitu [1]eruperat, ordinem temporum primo Iudaicorum usque ad *excidium Hierusalem*, dehinc communium usque ad [2]*conclusionem saeculi* [3]digerit. Resurr. c. 21. p. 251.

7—29. Ipsum decursum scripturae evangelicae ab *interrogatione* discipulorum usque ad *parabolam fici* ita invenies contextu sensus *filio hominis* hinc atque illinc adhaerere, ut in illum compingat et tristia et laeta, et *concussiones* et *permissiones*, nec possis separare ab illo alteram partem. Unius enim *filii hominis*

16) *in illum* Rhen. I. — 17) *traductione* Vatic. — 1) II. 495. *eruperat* Rhen. I. Gagn. 3 Vatic. *eruperant* reliq. — 2) *consummationem* 3 Vatic. — 3) *digerit* Gelen. F. Ursin. *dirigit* 3 Vatic. reliq.

adventu constituto inter duos exitus concussionum et promissionum necesse est ad unum pertineant *filium hominis* et incommoda nationum et vota sanctorum, [4]qui ita positus est in medio, ut communis exitibus ambobus, alterum conclusurus adventu suo, i. e. incommoda nationum, alterum incipiens, i. e. vota sanctorum. Marc. IV. c. 39. p. 354.

8. *Venient* denique illi *dicentes: Ego sum Christus.* Marc. IV. c. 39. p. 349.

8. Eius qui *multos* dicat *venturos in nomine ipsius*... et prohibeat *eos recipi.* Marc. IV. c. 39 in.

Praeter haec utique legisti, *multos venturos qui dicant: Ego sum Christus.* Marc. V. c. 1. p. 370.

9. *Haec* .. [5]adicit etiam *oportere fieri.* Marc. IV. c. 39. p. 349.

Praemiserat *oportere haec fieri* tam atrocia, tam dira. Marc. IV. c. 39. p. 355.

9—11. 25. 26. Videamus et quae *signa* temporibus imponat. Bella, opinor, et *regnum super regnum* et *gentem super gentem* et *pestem* et *fames terraeque motus et formidines* et *prodigia de caelo.* Marc. IV. c. 39. p. 349.

12. 13. *Ante haec autem persecutiones* eis praedicat et *passiones* venturas *in martyrium.* Marc. IV. c. 39. p. 349.

14. Ipse *vetat cogitari*, quid *responderi* oporteat apud tribunalia ... [6]Cohibuit *praecogitationem.* Marc. IV. c. 39. p. 350.

15. *Os* repromisit et *sapientiam*

4) II. 265. *quia* Rig. — 5) II. 262. *dicit* Vatic. — 6) II. 263. *prohibuit* Vatic.

ipsam *cui nemo resisteret.* Marc. IV. c. 39. p. 351.

Quid . . sapientius et incontradicibilius confessione simplici et exserta in martyris nomine cum deo invalescentis? Marc. IV. c. 39. p. 351.

16. 17. A *proximis* quoque persecutiones et *nominis ex odio* utique blasphemiam praedicatam non debeo rursus ostendere. Marc. IV. c. 39. p. 351.

Ecce autem et *odio habemur ab omnibus* hominibus *nominis caussa*, quomodo [7] scriptum est, et *tradimur etiam a proximis*, quomodo [7] scriptum est. Scorp. c. 11. p. 378.

19. *Per tolerantiam,* inquit, *salvos facietis vosmetipsos.* Marc. IV. c. 39. p. 351.

20. Monstrato dehinc tempore excidii, cum coepisset *vallari exercitibus Hierusalem* —. Marc. IV. c. 39. p. 351.

22. Cuius (dei sc.) dispositiones confirmat *impleri oportere.* Marc. IV. c. 39. p. 349.

24. Posteaquam edixit: *Et tunc erit Hierusalem conculcatui nationibus, donec adimpleantur tempora nationum* —. Resurr. c. 22. p. 251.

24—26 . . nationum, [8] allegendarum scilicet a deo et congregandarum cum [9] reliquiis Israelis: inde iam in *orbem* et in saeculum praedicat secundum Ioelem et

7) I. 526. *et scriptum* Gagn. Gelen. Pam. Rig. — 8) II. 495. *allegandarum* Gelen. Pam. *allegend.* reliq. — 9) *reliquo* Gelen.

26—28. *Virtutes enim*, inquit, *caelorum commovebuntur, et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum plurimo potentatu et gloria. Ubi autem coeperint ista fieri,* [15]*emergetis et elevabitis capita vestra, quod redemptio vestra* [16]*adpropinquaverit.* Resurr. c. 22. p. 252.

27. 28. Post haec quid dominus? *Et tunc videbunt filium hominis venientem de caelis cum plurima virtute. Cum autem haec fient, erigetis vos et levabitis capita,*

Danielem et universum concilium prophetarum *futura signa in sole et* [10]*luna et in stellis,* [11]*conlisionem nationum cum stupore sonitus maris et motus,* [12]*refrigescentium hominum prae metu et exspectatione eorum quae immineant orbi terrae.* Resurr. c. 22. p. 251 sq.

25. 26. *Signa* iam ultimi finis enarrat, *solis et lunae siderumque prodigia*, *et* [13]*in terra angustias nationum obstupescentium velut a sonitu maris fluctuantis* [14]*prae exspectatione imminentium orb malorum.* Quod *et ipsae vires caelorum concuti habeant*, accipe Ioelem. Marc. IV. c. 39. p. 352.

10) *in luna* Pam. Rig. 3 Vatic. — 11) *conlisionem* Vatic. un. *conclusionem* reliq. — 12) *perfrigescentium* Vaticani ap. Pamel. — 13) II. 264. *inter angustias* Rhen. I. Gagn. — 14) *pro* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. Rig. *prae* Seml. Leop. — 15) II. 495. *evergetis* F. Ursin. — 16) *adpropinquarit* Gelen. Pam. Rig.

quoniam [17]*adpropinquavit redemptio vestra.* Marc. IV. c. 39. p. 352.

29—31. Ipsius parabolae considera exemplum. *Aspice ficum et arbores omnes. Cum fructum protulerint*, [20]*intellegunt homines aestatem adpropinquasse. Sic et vos, cum videritis haec fieri, scitote in proximo esse regnum dei.* Marc. IV. c. 39. p. 355.

31. *Sic et vos, cum videritis omnia haec fieri, scitote adpropinquasse re-*

28. . . *erecturos* . . *se et capit levaturos* in tempore regni *re demptos.* Marc. IV. c. 39. p. 35

Adpropinquare eam (*redem ptionem* sc.) dixit, non adess iam, et *cum coeperint ista fier* non cum facta fuerint: quia cu facta fuerint, tunc aderit *redem ptio nostra* quae eo usque *adpro pinquare* dicitur: *erigens* interi et *excitans* animos ad proximu iam spei fructum. Resurr. c. 2 p. 252.

28—30. In tempore . . reg de quo [18]subiecta erit ipsa *pa rabola.* Marc. IV. c. 39. p. 35

29. 30. Cuius etiam *parabol* subtexitur *tenerescentium arboru in caulem floris et* [19]*dehinc flo rem frugis antecursorem.* Resur c. 22. p. 252.

29—31. Si . . *fructificatione arbuscularum signum aestivo tem pori praestant* antecedendo illu proinde [21]*conflictationes orbis si gnum praenotant regni* praeceden do illud. Marc. IV. c. 39. p. 35

17) II. 264. *appropinquavit* Pam. Rig. *appropinquabit* reliq. — 18) II. 26 *subiectarit ipsa parabola. Sic* Rig. — 19) II. 495. *dehinc florem* Pam. Ri *dehinc* Rhen. I. Gagn. Gelen. *florem dehinc* Oehl. — 20) II. 266. *intell gent* rel. — 21) II. 266. *et conflict.* Rig.

gnum dei. Marc. IV. c. 39. p. 353.

Ita et vos, cum videritis omnia ista fieri, scitote in proximo esse regnum dei. Resurr. c. 22. p. 252.

32. 33. Adhuc ingerit, *non transiturum caelum ac terram, nisi omnia peragantur.... Transeat* age nunc *terra* et *caelum;* sic enim dominus eorum destinavit, dum verbum eius maneat in aevum; sic enim et Esaias [22] praenuntiavit. Marc. IV. c. 39. p. 355 sq.

34. 35. Admoneantur et discipuli, *ne quando graventur corda eorum crapula et ebrietate et saecularibus curis, et insistat eis repentinus dies ille velut laqueus.* Marc. IV. c. 39. p. 356.

35. Is [23] liberabit a *laqueo diei illius* qui hanc admonitionem retro intulit. Marc. IV. c. 39. p. 356.

36. *Vigilate ergo omni tempore, ut* [24] *digni habeamini effugere omnia ista et stetis ante filium hominis.* Resurr. c. 22. p. 252.

37. 38. Erant et loca alia apud Hierusalem ad docendum, erant et extra Hierusalem ad secedendum: sed enim *per diem in templo docebat .... ad noctem vero in elaeonem secedebat...* Erant horae quoque auditorio competentes: *diluculo conveniendum erat,* quia

22) II. 266. *pronuntiavit* Rhen. I. — 23) *liberavit* Rhen. I. — 24) II. 495 *digni habeamini* Rhen. I. Gagn. Pam. Rig. 3 Vatic. *dignemini* Gelen.

per Esaiam cum dixisset: Dominus dat mihi linguam disciplinae, adiecit: Apposuit mihi *mane* aurem *ad audiendum.* Marc. IV. c. 39. p. 356.

Cap. XXII.

1. [1]E tot *festis* Iudaeorum *Paschae diem* [2]elegit. Marc. IV. c. 40. p. 357.

1—10. Diem baptismo sollemniorem *Pascha* praestat, cum et passio domini in [3]qua tinguimur, adimpleta est; nec incongruenter [4]ad figuram interpretabitur, quod cum ultimum *Pascha* dominus esset acturus, *missis discipulis ad praeparandum*: *Invenietis*, inquit —. Bapt. c. 19. p. 206 sq.

10. [5]*Invenietis,* inquit, *hominem aquam baiulantem.* Bapt. c. 19. p. 207.

3. Scriptum est . . apud me, *Satanam in Iudam introisse.* Marc. V. c. 6. p. 395.

Iudam quoque, aliquamdiu cum electis deputatum... postea *diabolus intravit.* Anim. c. 11. p. 232.

5. Hic est quem a Iuda redemistis. Spect. c. 30. p. 143.

5. 6. Poterat et ab extraneo quolibet *tradi*... Poterat et sine praemio tradi. Marc. IV. c. 40. p. 357.

15. Et adfectum suum

15. In domino ... et concupi-

---

1) II. 267. *et* Rhen. I. — 2) *egit* Rhen. I. — 3) I. 639. *quam* Rig. F. Ursin. — 4) *quis ad* Rig. F. Ursin. *aut* Gagn. — 5) *invenietis* Pam. Rig. *convenietis* Gagn. Gelen.

ostendit: *Concupiscentia concupivi Pascha edere vobiscum antequam patiar.* Marc. IV. c. 40. p. 357.

scentivum, quo *Pascha cum discipulis suis edere concupiscit.* Anim. c. 16. p. 240.

15. 19. Professus .. *se concupiscentia concupisse edere Pascha ... acceptum panem et distributum discipulis corpus* [6] *suum* illum fecit —. Marc. IV. c. 40. p. 358.

19. *Hoc est corpus meum* dicendo, id est figura corporis mei. Marc. IV. c. 40. p. 358.

Corpus eius in pane censetur: *Hoc est corpus meum.* Orat. c. 6. p. 8.

19. Figura .. non fuisset, nisi veritatis esset corpus. Ceterum vacua res, quod est phantasma, figuram capere non posset. Aut si propterea *panem corpus* sibi finxit, quia corporis carebat veritate: ergo *panem* debuit *tradere pro nobis.* Marc. IV. c. 40. p. 358.

Ille . . . reprobavit . . . nec *panem* quo *ipsum corpus suum* repraesentat. Marc. I. c. 14. p. 25.

19. 20. *Panis* et *calicis* [7] sacramento iam in evangelio probavimus *corporis* et *sanguinis dominici* veritatem adversus phantasma Marcionis. Marc. V. c. 8. p. 405.

20. Sic et in *calicis* mentione *testamentum* constituens, *sanguine suo* obsignatum, substantiam corporis confirmavit. Marc. IV. c. 40. p. 358.

Nunc *sanguinem suum* in *vino* consecravit qui tunc vinum in sanguine figuravit. Marc. IV. c. 40. p. 359.

22. *Vae,* ait, *per quem traditur filius hominis.* Marc. IV. c. 41. p. 360.

Genannt wird dieser Brief von Tertullian Ux. II. c. 2. p. 89: ‚Nunquid, inquam, de illo capitulo sibi blandiuntur *primae ad Corinthios*, ubi scriptum est‘ ...; ingleichen Praescr. c. 33. Prax. c. 4. Pudic. c. 13. p. 396. c. 16. p. 408. Marc. V. c. 12. p. 427. Die äussere Veranlassung und den Zweck desselben deutet Tertullian Bapt. c. 14 mit den Worten an: ‚Haec pro condicione tunc temporis ad *Corinthios* scripta sunt, quoniam schismata et dissensiones inter illos movebantur, dum alius Paulo deputat, alius Apollo. Propter quod pacificus apostolus, ne sibi omnia defendere videretur, non ad tinguendum ait se missum, sed ad praedicandum.‘ Auf diese Vorkommnisse in der corinthischen Gemeinde weist er auch Pudic. c. 14. p. 401 hin, wo er zugleich das Sendschreiben in einer merkwürdigen, fast auffallenden Weise charakterisirt: ‚Hoc ipsum dispiciendum tibi offero, an fuerint *in epistula prima* et alii qui apostolum contristaverint incondite agentes et contristati sint ab illo increpationem referentes iuxta sensum epistulae secundae, ex quibus in ea veniam aliquis potuerit adipisci. Animadvertamus autem, totam *epistulam primam*, ut ita dixerim, non atramento, sed felle conscriptam, tumentem, indignantem, dedignantem, comminantem, invidiosam et per singulas caussas in quosdam quasi mancipes earum figuratam. Sic enim exegerant schismata et aemulationes et dissensiones et praesumptiones et elationes et contentiones, ut et invidia onerarentur et correptione retunderentur et superbia elimarentur et austeritate deterrerentur.‘ In Betreff der Abfassungszeit des 1. Corintherbriefes findet sich bei Tertullian eine allerdings nur relative Angabe, indem er Monog. c. 3 sagt, dass von dort an bis zu der Zeit, als er selbst diese Worte niederschrieb, ungefähr 160 Jahre verflossen seien: ‚cum magis nunc *tempus in collecto* factum sit, annis circiter CLX exinde productis.‘ — Speciell zur Widerlegung Mar-

cion's benutzt er den Brief, welcher in dessen Apostolus ebenfalls die zweite Stelle einnahm, Marc. V. vom 5. bis zum 10. Capitel.

Cap. I.

3. Praestructio superioris epistulae (ad Gal. sc.) ita duxit, ut de titulo eius non retractaverim, certus et alibi retractari eum posse, communem scilicet et eundem in epistulis omnibus, quod non utique salutem *praescribit* eis quibus scribit, sed *gratiam et pacem* ... Haec .. *a deo patre nostro et domino Iesu* annuntians .. [Gal. 1, 3. Rom. 1, 7. 2 Cor. 1, 2. Eph. 1, 2. Phil. 1, 2. Col. 1, 2. 1 Thess. 1, 1. 2 Thess. 1, 2. 1 Tim. 1, 2. 2. Tim. 1, 2. Tit. 1, 4. Philem. 3.] Marc. V. c. 5. p. 388.

Apostolum sequar, ut, si pariter nominandi fuerint pater et filius, *deum patrem* appellem et *Iesum Christum dominum* nominem. Prax. c. 13. p. 218.

Paulus ubique *deum patrem* ponit et *dominum nostrum Iesum Christum*. Prax. c. 28. p. 261.

10. 11. Sine dubio et haereses in ea condicione reprehensionis constituit, in qua [1] et *schismata* et *dissensiones*. [2] Ac per hoc non eos probabiles facit qui in haereses diverterint, cum maxime diverti [3] ab eiusmodi [4] obiurgans et docens *unum omnes loqui* et [5] *id ipsum sapere*. Praescr. c. 5. p. 7.

---

1) II. 7. *et* om. Rig. — 2) *et* Agob. — 3) *ab* Agob. Rhen. I. Gagn. in marg. Pam. Rig. *ad* Gagn. Gelen. — 4) *obiurgans et docens* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *obiurget*, *edocens* rel. — 5) *ipsum* Agob. Rhen. I. Gagn. *id ipsum* Gelen. Pam. Rig.

.. cum ipsi (apostoli) [6] obsecrarent in [7] epistulis suis, ut *id ipsum* et *unum loquerentur omnes* et *non essent schismata* et *dissensiones* in ecclesia. Praescr. c. 26. p. 32.

10—12. *Schismata* et *dissensiones* inter illos movebantur, dum alius *Paulo* deputat, alius *Apollo.* Bapt. c. 14. p. 201.

14. 15. *Deo gratias ago, quod neminem vestrum tinxerim nisi Crispum et Gaium, ne* [8] *qui dicat quod in nomine meo tinxerim.* Pudic. c. 14. p. 401.

14. 16. 17. Cur .. *tinxit Gaium* et *Crispum* et *Stephanae domum?* quanquam etsi *non eum miserat Christus ad tinguendum*, tamen aliis apostolis praeceperat tinguere. Bapt. c. 14. p. 201.

17. De ipso apostolo revolvunt, quod dixerit: *Non enim me ad tinguendum Christus misit.* Bapt. c. 14. p. 201.

17. Apostolus ... *non ad tinguendum* ait *se missum*, *sed ad praedicandum.* Bapt. c. 14. p. 201.

18. Ait *crucem Christi stultitiam esse perituris*, *virtutem autem et sapientiam dei salutem consecuturis.* Et ut ostenderet, unde hoc eveniret, adicit:

19. *Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium et prudentiam prudentium irritam faciam.* Marc. V. c. 5. p. 389.

Auferam sapientiam sapientium et prudentiam prudentium irritam faciam. Marc. V. c. 11. p. 424.

19. Dei ... qui *sapientiam* [9] *sapientium abstulerit* et *prudentiam prudentium irritam fecerit.* Marc. V. c. 6. p. 393.

Deus ... *perditurum se sapientiam sapientium* praeminabatur. Marc. V. c. 19. p. 465.

---

6) II. 24. *obsecrarent* Gagn. in marg. Gelen. Pam. Rig. *observarent* Rhen. I. Gagn. — 7) *epistutis* Agob. [ubique]. — 8) I. 821. *qui* lib. Clem. Pam. Rig. *quis* reliq. — 9) II. 289. *sapientum* Rhen. I. Gagn. Gelen.

20. *Ubi sapiens, ubi literator, ubi conquisitor huius aevi? Nonne infatuavit deus sapientiam huius saeculi?* Idol. c. 9. p. 158.

20. 21. Hoc sequentia confirmabunt, cum dicit: *Nonne infatuavit deus sapientiam mundi?* cumque et hic adicit quare: *Quoniam in dei sapientia non intellexit mundus per sapientiam* [10] *deum, boni duxit deus, per stultitiam praedicationis salvos facere credentes.* Marc. V. c. 5. p. 390.

21. Mundi .. habentes spiritum, *non agnoscentes* [11] *in sapientia dei per sapientiam deum* .. Marc. II. c. 2. p. 62.

22. *Quoniam Iudaei signa desiderant . . . et Graeci sapientiam quaerunt.* Marc. V. c. 5. p. 391.

20. Meminero ... ipsam *sapientiam saeculi stultitiam* pronuntiatam. [1 Cor. 3, 19.] Resurr. c. 3. p. 216.

20. 27. *Dei* ... qui *infatuaverit sapientiam mundi, stulta eligens eius* et disponens in salutem. Marc. V. c. 6. p. 393.

21. Vide an habeat ethnicus substantiam in deo patre census et *sapientiae* et naturalis *agnitionis* in *deum*, per quam et apostolus notat *in sapientia dei non cognovisse mundum per sapientiam deum*, quam utique a deo acceperat. Pudic. c. 9. p. 389.

23. *Scandalum Iudaeis praedicat Christum.* Marc. V. c. 5. p. 391.

Et utique sacramentum passionis ipsius figurari in praedicationibus oportuerat: quantoque incredibile, tanto magis *scandalum* futurum, si nude [12] *praedicaretur.* Iud. c. 10. p. 314.

---

10) II. 288. *deum* Pam. Rig. *dominum* rel. — 11) II. 86. *in sapientia* Pam. Rig. *insipientiam* Rhen. I. Gagn. Gelen. — 12) II. 727. *praedicetur* Rhen. I.

25. *Stultum dei sapientius hominibus . . . infirmum dei fortius homine.* Marc. V. c. 5. p. 391.

27. Circumspice Marcion, si tamen non delesti: *Stulta mundi elegit deus, ut confundat* [14] *sapientes.* Carn. c. 4. p. 350. Marc. V. c. 19. p. 465.

Quis ignoret: *Et stulta mundi elegit deus, ut confundat* [15] *sapientiam?* Prax. c. 10. p. 208.

Stulta mundi elegit deus, ut [16] *sapientiam mundi confundat.* Resurr. c. 57. p. 331.

Stulta mundi elegit deus, ut confundat sapientiam eius. Bapt. c. 2. p. 186.

Stulta . . mundi elegit deus, ut confundat

23 sq. Prudentiam [13] dicam deum *crucifixum?* Carn. c. 5. p. 351.

24. *Christus, sophia et virtus dei* secundum apostolum. Prax. c. 19. p. 234.

Et sermo autem, *virtus et sophia*, ipse erit dei filius. Prax. c. 19. p. 234.

25. Nos scimus, *stultum dei sapientius hominibus et invalidum dei validius hominibus.* Marc. II. c. 2. p. 62.

27. *Infirma mundi electa sunt a deo, ut confundantur fortia, et stulta eius, ut* [17] *confundatur sapientia.* Fug. c. 2. p. 174.

Sapientiae [18] *saecularis, quam* dominus *stultitiam* vocans *stulta mundi* [19] in confusionem etiam [20] philosophiae ipsius *elegit.* Praescr. c. 7. p. 8.

13) II. 433. *dicant* Agob. Gagn. in marg. Gelen. Pam. *dicam* Montisp. reliq. 14) II. 432. *sapientia* Agob. Rig. *sapientiam* Pam. *sapientes* Montisp. F. Ursinus. reliq. — 15) II. 664. *sapientiam* Pam. Rig. *sapientia* rel. — 16) II. 544. *sapientiam* 3 Vatic. Pam. Rig. *sapientia* reliq. — 17) I. 464. *confundatur* Laurent. 2 Vatic. Rhen. I. Gagn. Pam. *confundantur* Gelen. Rig. — 18) II. 8. *seculi* Pam. ex libro Clem. — 19) *in confusionem* Agob. Gelen. Pam. Rig. — 20) *philosophiam elegit* Agob.

[21] *sapientiam.* Marc. V. c. 5. p. 392.

27. 28. *Stulta mundi elegit deus, ut confundat* [22] *sapientiam . . infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia .. inhonesta et minima et contemptibilia quae non sunt ... ut confundat quae sunt.* Marc. V. c. 5. p. 391.

27. 28. Quid *stultius*, quid *infirmius*, quam sacrificiorum cruentorum et [23] holocaustomatum [24] nidorosorum a deo exactio? Quid *infirmius*, quam vasculorum et [25] grabatorum purgatio? Quid *inhonestius*, quam carnis iam erubescentis alia dedecoratio? Quid tam *humile*, quam talionis indictio? Quid tam *contemptibile*, quam ciborum exceptio? Marc. V. c. 5. p. 392.

29. 31. *Ne glorietur omnis caro, ut, quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in* [26] *domino glorietur.* Marc. V. c. 5. p. 392.

31. O militem [27] *in deo gloriosum.* Cor. c. 1. p. 337.

Cap. II.

2. *Nec enim iudicavi scire aliquid in vobis, quam Iesum Christum et hunc crucifixum.* Pudic. c. 14. p. 401.

2. Falso statuit *inter nos scire* Paulus [1] *tantum crucifixum.* Carn. c. 5. p. 351.

6. 7. Per haec omnia ostendit, cuius dei *sapientiam loquatur inter perfectos . . .* Hanc dicit *sapientiam in occulto fuisse* quae

21) II. 289. *sapientiam* Vatic. Rhen. I. Pam. Rig. *sapientia* Gagn. Gelen. — 22) II. 289. *sapientiam* Vatic. Rhen. I. Pam. Rig. *sapientia* Gagn. Gelen. — 23) *holocaustomata* Rhen. I. — 24) *idolorum* Rhen. I. — 25) *gabatarum* Petr. Ciacconius. — 26) *domino* 2 Vatic. Pam. Rig. *deo* reliq. — 27) *gloriosum in deo* Agob. Rig. *in deum gloriosum* Rhen. I. *in deo gloriosum* Magliab. reliq. — 1) II. 433. *tantum Iesum* Agob.

fuerit in stultis et in pusillis et inhonestis: quae latuerit etiam sub figuris, [2] allegoriis et aenigmatibus, revelanda postmodum in Christo. Marc. V. c. 6. p. 393.

Creator . . tam ipse notus quam et sacramenta eius, palam scilicet decurrentia apud Israel, sed de significantiis obumbrata, in quibus *sapientia dei delitescebat*, *inter perfectos* narranda suo in tempore, *proposita* vero in proposito *dei ante saecula*. Marc. V. c. 6. p. 393.

7. Cur . . *ante saecula* creatoris *proposuit gloriam nostram?* Marc. V. c. 6. p. 394.

Eam (*gloriam* sc. *nostram*) *quae in occulto fuerit*. Marc. V. c. 6. p. 395.

8. Subicit de gloria nostra, quod *eam nemo ex principibus huius aevi scierit; caeterum si scissent, nunquam dominum gloriae crucifixissent*. Marc. V. c. 6. p. 394.

9. *Quae nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascenderunt*. Resurr. c. 26. p. 261. Spect. c. 30. p. 144.

9. *Quae nulla* unquam mens conceperat aut lingua protulerat aut *auris exceperat*. Testim. c. 5. p. 38.

11. *Quis enim scit quae sint in deo, nisi spiritus qui in ipso est?* Prax. c. 8. p. 203.

Quis enim scit quae sunt in deo, nisi spiritus qui in ipso est? Prax. c. 19. p. 234.

Quis enim scit quae

11. Quasi *cognoscat* aliquis, *quae sint in deo, nisi spiritus dei*. Marc. II. c. 2. p. 62.

2) II. 289. *allegoricis* Rhen. I. Gagn. Gelen.

sunt dei et quae in ipso, nisi spiritus qui in ipso? Hermog. c. 18. p. 102.

12. Quid mirum, si redhibitus (homo sc.) materiae suae et in ergastulum terrae laborandae relegatus in ipso opere prono et devexo ad terram usurpatum ex illa *spiritum mundi* universo generi suo tradidit? Marc. II. c. 2. p. 63.

14. *Homo animalis, non recipiens quae sunt spiritus, stultitiam existimavit* dei legem. Marc. II. c. 2. p. 63.

16. *Quis enim*, inquit, *cognovit sensum* [3]*dei aut quis illi consiliarius fuit, qui eum instruat?* Scorp. c. 7. p. 363.

Cap. III.

1—3. Ad Corinthios scriptum quod essent *adhuc carnales* qui *lacte educarentur, nondum idonei ad pabulum.* Praescr. c. 27. p. 33.

2. Tirocinium novae et [1]quam maxime orientis ecclesiae, quam *lacte* scilicet *educabat, nondum solido cibo* validioris doctrinae, adeo ut prae illa infantia fidei ignorarent adhuc, quid sibi agendum esset. Monog. c. 11. p. 157.

Quem et Antoninus optime [2]noverat *lacte* Christiano *educatus.* Scap. c. 4. p. 207.

---

3) I. 514. *domini* Agob. — 1) I. 779. *quam* Rhen. I. Gagn. *cum* rel. — 2) I. 548. *noverat Christianis educatum* Divionensis liber.

Videamus, quod *lac* a Paulo Corinthii hauserint. Marc. IV. c. 5. p. 193.

10. Quod *architectum se prudentem* affirmat, hoc invenimus significari depalatorem disciplinae divinae a creatore per Esaiam [Ies. 3, 2.]. Marc. V. c. 6. p. 396.

11. *Positurus unicum fundamentum, quod est Christus.* Marc. V. c. 6. p. 396.

12—15. *Super quod prout quisque superstruxerit ... opus eius per ignem probabitur .. merces illi per ignem rependetur .. quia per ignem* [3] *indicatur.* Marc. V. c. 6. p. 397.

16. Necesse est .. usque illis apostolum ostendi, quem ego et in secunda Corinthiorum talem defendam qualem [4] in omnibus literis novi. Qui et in prima primus omnium *templum dei* dedicavit:

16. *Non scitis, vos templum dei esse et in vobis dominum habitare?* Pudic. c. 16. p. 409.

Cum omnes *templum* [5] *dei* simus, *illato in nos* et consecrato *spiritu* sancto: eius *templi* [6] aedituus et antistes pudicitia est, quae nihil immundum nec profanum inferri sinat, ne *deus* ille, *qui inhabitat*, inquinatam sedem offensus derelinquat. Cult. c. 1. p. 47.

3) II. 292. *indicatur* Gagn. Gelen. Pam. *iudicatur* reliq. — 4) I. 826. *et in* Gagn. — 5) I. 714. *simus dei* Pam. — 6) *aeditua et antistita* Agob. Rig. *aedituus et antistes* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam.

16. 17. *Nescitis quod templum dei sitis et in vobis inhabitet spiritus dei? ... Quodsi templum dei quis vitiaverit, vitiabitur .. a deo ...* Marc. V. c. 6. p. 397.

17. *Qui templum dei vitiaverit, vitiabit illum* [8]*deus.* Pudic. c. 18. p. 420.

Si quis templum dei vitiaverit, [9]*vitiabit illum deus; templum enim dei sanctum est, quod estis vos.* Pudic. c. 16. p. 409.

18. .. cum idcirco substruxerit: *Nemo seducat semetipsum.* Pudic. c. 16. p. 409.

18—21. *Stulti estote, ut sitis sapientes .. Sapientia enim huius mundi stultitia est penes deum ... Scriptum est enim:* [11]*Deprehendens sapientes in nequitia illorum. Et rursus: Dominus scit co-*

Nos .. sumus et *templa dei* et altaria. Cor. c. 9. p. 350.

Si .. corpus istud Platonica sententia carcer, ceterum apostolica *dei templum*, cum in Christo est: sed interim animam consepto suo obstruit et obscurat et concretione carnis infaecat. Anim. c. 53. p. 322.

16. 17. Paulus ... [7]corpus nostrum ut *dei templum vitiari vetat.* Resurr. c. 10. p. 229.

17. Ipse *templi dei vitiator* ... Pudic. c. 15. p. 407.

Moechia et fornicatio et si qua alia *violatio templi dei.* Pudic. c. 19. p. 426.

Apostolus ... qui et *templo* sanciendo purificandoque aeditualem legem scripsit:

Minus *templum dei violat?* Ux. II. c. 3. p. 93.

18. Non eris *sapiens,* nisi *stultus* [10]*saeculo* fueris, dei stulta credendo. Carn. c. 5. p. 351.

19. De ingenio *sapientiae* [12]*saecularis*, quam dominus *stultitiam* vocans ... Praescr. c. 7. p. 8.

Meminero ... ipsam *sapientiam saeculi stultitiam* pronuntiatam. Resurr. c. 3. p. 216.

---

7) II. 480. *corpus* Pam. Rig. — 8) I. 834. *deus* om. Gagn. — 9) I. 826. *vitiabit* Pam. Rig. ex coni. Harrisii. *vitiavit* Gagn. Gelen. — 10) II. 433. *in saeculo* Agob. Rig. — 11) *deprehendens* Vatic. Rhen. I. Rig. *deprehendes* reliq.

gitationes sapientium quod sint supervacuae ... Ergo, inquit, *nemo glorietur in homine.* Marc. V. c. 6. p. 397.

19. *Sapientia mundi stultitia est penes deum.* Marc. II. c. 2. p. 62.

21. 22. Habes in praeteritis: *Omnia vestra sunt, sive Paulus sive Apollo sive Cephas, sive mundus sive vita sive mors, sive praesentia sive futura.* Marc. V. c. 7. p. 401.

22. Apostolus scribens: *Sive mundus sive vita sive mors, sive futura sive praesentia, omnia vestra sunt.* Resurr. c. 59. p. 334.

Cap. IV.

3. 4. [1]De quali contra supercilio pronuntiare compulsus est: *Mihi autem in modico est ut a vobis interroger* [2]*aut ab humano die: neque enim conscius mihi sum.* Pudic. c. 14. p. 402.

5. *Et occulta tenebrarum ipse illuminabit.* Marc. V. c. 7. p. 398.

5. *Ab illo erit* et *laus unicuique.* Marc. V. c. 7. p. 398.

7. Nonne et tunc in

12) II. 8. *seculi* Pam. ex libro Clem. — 1) I. 821. *de quali* Gagn. Gelen. Pam. Rig. *quali* Fr. Iunius *vide quasi* Latinius. — 2) *ut* Gagn.

faciem alicuius impingens: *Quis enim*, inquit, *te discernit? Quid autem habes quod non accepisti?* [3] *Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* Pudic. c. 14. p. 402.

Quid gloriaris, quasi non acceperis? Virg. c. 13. p. 26.

Si dei gratia est et *accepisti*, *quid gloriaris*, inquit, *quasi non acceperis?* Orat. c. 22. p. 21.

8. Ceterum libertas quam apertae obiurgationis, quam exerta acies machaerae spiritalis? *Iam ditati estis*, *iam saturati estis*, *iam regnatis*. Pudic. c. 14. p. 402.

Iam . . et in ista specie [4] *ditati*, *saturatique regnatis*. Ieiun. c. 12 in.

9. Dicendo: *Spectaculum facti sumus mundo et angelis et hominibus*. Marc. V. c. 7. p. 398.

Et puto, *nos deus apostolos novissimos elegit velut bestiarios*, [5] *quoniam spectaculum facti sumus huic mundo et angelis et hominibus*. Pudic. c. 14. p. 401.

13. *Et purgamenta huius mundi facti sumus*, *omnium* [6] *peripsema*. Pudic. c. 14. p. 401.

9. Deum dedecebit artes et disciplinas suas educere in medium, in hoc saeculi spatium, in *spectaculum hominibus et angelis* et universis potestatibus? Scorp. c. 6. p. 359.

Ridicula dementia *novissimos* (nos sc. Christianos) dicitis et tertios nominatis. Nat. I. c. 8. p. 141.

3) I. 821. *si autem accepisti, quid gloriaris* Rig. F. Ursinus. *quid gloriaris* Gagn. Gelen. Pam. — 4) I. 869. *dotati* Gagn. — 5) I. 821. *quoniam* lib. Clem. Pam. Rig. *quod* Gagn. Gelen. — 6) *per ipsum* Gagn.

14. 15. Verebatur . . tantae constantiae vir, ne dicam spiritus sanctus, praesertim *ad filios scribens quos in evangelio generaverat,* libere deum mundi nominare. Marc. V. c. 7. p. 398 sq.

15. Sit nunc pater noster Abraham, sit et Paulus. *In evangelio,* inquit, *ego vos generavi.* Monog. c. 6. p. 143.

In evangelio enim, inquit, *ego vos generavi.* Marc. V. c. 8. p. 406.

15. *Parturiens illos, donec formaretur Christus in ipsis.* [Gal. 4, 19.] Monog. c. 14. p. 164.

18—21. Illic magis stabo, ubi apostolus magis [7] fervet, ubi ipse fornicator aliis quoque negotium fecit. *Quasi non sim venturus ad vos, inflati sunt quidam. Veniam autem citius, si permiserit dominus, et cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem. Non enim in sermone est regnum dei, sed [8] in virtute. Et quid vultis? veniam ad vos in virga an in spiritu lenitatis?* Pudic. c. 14. p. 403.

19. 21. [5, 1—5.] Videmus . . hoc in loco divisam apostoli severitatem in quendam *inflatum* et in quendam incestum: in alterum *virga,* in alterum sententia armatum, — *virga* [9] qua minabatur, sententia quam exsequebatur; illam adhuc coruscantem, hanc statim fulminantem, qua increpabat quaque damnabat. Certumque est exinde increpitum quidem sub intentatione virgae tremuisse, damnatum vero sub repraesentatione poenae perisse: statim ille timens [10] plagam abiit, ille luens poenam. Pudic. c. 14. p. 404.

Cap. V.

1. 2. *Auditur in vobis in totum fornicatio et talis fornicatio qualis nec in gentibus, ut uxorem*

1. Illum, qui *mulierem patris sui habuit.* Marc. V. c. 7. p. 399.

2. *Auferri* iubens *malum de medio.* Marc. V. c. 7. p. 399.

7) I. 822.. *servet* Gagn. — 8) *in* om. Gagn. — 9) I. 823. *quam* Rig. F. Ursin. — 10) *plagam*, *abiit ille* distinxit Nic. Rigalt. suasore F. Ursino.

patris sui quis habeat. Et vos inflati estis et non luxistis potius, ut auferatur de medio vestrum qui tale facinus admisit. Pudic. c. 14. p. 403.

5. *In interitum,* inquit, *carnis .. ut spiritus,* inquit, *salvus sit in die domini.* Pudic. c. 13. p. 400.

Viderit et quomodo dixerit: *In interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die domini.* Marc. V. c. 7. p. 399.

6. Subiungit: *Non sci-*

1. 4. 5. Suspicantur, apostolum Paulum in secunda ad Corinthios [2, 7. 10.] eidem *fornicatori* veniam dedisse, quem in prima *dedendum Satanae in interitum carnis* pronuntiarit, impium patris de matrimonio haeredem. Pudic. c. 13. p. 396.

3.—5. Et apostolus iudicat et quidem in caussa fornicationis, *dedendum eiusmodi* hominem *Satanae in interitum carnis.* Pudic. c. 2. p. 369 sq.

4. Lusit .. et de *suo spiritu* et de ecclesiae angelo et de *virtute domini,* si quod de *consilio* eorum pronuntiaverat, rescidit. Pudic. c. 14. p. 406.

5. Eum damnat *dedendum Satanae.* Marc. V. c. 7. p. 399.

Incestum fornicatorem non in emendationem, sed *in perditionem tradidit Satanae.* Pudic. c. 13. p. 399.

Dedendum Satanae pronuntiaverat *in interitum carnis.* Pudic. c. 14. p. 400.

Abicitur extra civitatem in locum immundum, *deditus* scilicet *Satanae in carnis interitum.* Pudic. c. 20. p. 430.

Iam ad bestias depugnaverat Paulus Ephesi, cum *interitum decernit* incesto. Pudic. c. 22. p. 434.

6. *Modicum* scilicet et *fermen-*

tis quod modicum fermentum totam [2] *decipiat consparsionem?* Pudic. c. 13. p. 400.

7. *Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova consparsio, sicut estis azymi . . . Et pascha nostrum immolatus est Christus.* Marc. V. c. 7. p. 399.

9—11. Hinc . . informatus et apostolus: *Scripsi*, inquit, *vobis in epistula, non commisceri fornicatoribus, non utique fornicatoribus* [4]*huius mundi*, et reliqua. *Ceterum oportebat vos exire de mundo. Nunc autem scribo vobis, si quis frater nominatur in vobis fornicator aut idololatres . . . aut fraudator . . .*. et cetera, *cum talibus ne cibum quidem sumere.* Pudic. c. 18. p. 418.

10. Dicens: *Ceterum de mundo* [5]*exissetis.* Idol. c. 14. p. 167.

tum totam [1]*decipit consparsionem.* Pudic. c. 18. p. 419.

8. Quid nobis et Christo imagines [3] induit *sollemnium* creatoris . . .? Marc. V. c. 7. p. 399.

9. Adeo potuisset dicere, et *fornicatori* dilectionem solummodo concessam, non et *communicationem;* incesto vero nec dilectionem. Pudic. c. 13. p. 398.

10. *Ceterum oportebat nos de mundo exire*, si cum illis conversari non liceret. Anim. c. 35. p. 289.

1) I. 833. *despicit* Gagn. *desipit* rel. *decipit* Roensch. — 2) I. 820. *desipiat conspersionem* Pam. Rig. *decipiat consparsionem* Gagn. Gelen. — 3) II. 293 *induit* Rig. ex emend. F. Ursini. *imbuit* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 4) I. 833. *huiusmodi et reliqua* Gagn. — 5) I. 91. *exissetis* Pam. *exiretis* rel.

12. Adiciens .. [8] inquit: [9] *Ut quid mihi eos qui foris sunt iudicare?* Pudic. c. 2. p. 370.

Quid mihi eos qui foris sunt iudicare? Pudic. c. 19. p. 423.

Nemo dicat: Quis [6] tam tuto praecavebit? *Exeundem de saeculo erit.* Quasi non tanti sit *exire*, quam *idololatren* in *saeculo* stare. Idol. c. 24. p. 182.

11. Figuratae legis vim . . quae . . . *communicationem prohibebat* hominis delictis commaculati, *cum qualibus* et apostolus *cibum quoque vetat sumere.* Participari enim stigmata delictorum quasi ex contagione, si quis *se* cum peccatore *miscuerit.* Marc. IV. c. 9. p. 207.

. . . arcendos ab omni *communicatione* fraternitatis, ex literis apostoli dicentis, *cum eiusmodi* [7] *nec cibum sumendum.* Ux. II. c. 3. p. 92.

Cenabit illic ubi apostolo non placet? Cor. c. 11. p. 354.

. . apostolus diceret . . . *cum talibus ne cibum quidem sumere,* nisi posteaquam caligas fratrum volutando deterserint. Pudic. c. 18. p. 420.

12. Nationes .. nunquam penes deum, nisi . . . *foris* semper. [Col. 4, 5. 1 Thess. 4, 12. 1 Tim. 3, 7.] Praescr. c. 8. p. 11.

Illorum est . . . *foras* dari qui *intus* fuerunt [Apoc. 22, 15]. Ceterum . . . praecesserat:

13. Nos frustra laboramus de *auferendo malo ex nobis ipsis,* [10] cum et deus hoc frustra man-

6) I. 107. *iam tutus* Fr. Iunius. — 7) I. 687. *ne cibum quidem* Agob. Rig. *nec cibum* reliq. — 8) I. 795. *inquit* om. Gagn. — 9) *ut quid* libri omnes. *ad quid* Oehl. — 10) II. 349. *cum et* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *tum* Rig. cum F. Ursino. *quin et* Latinius. Fr. Iunius.

dat et praecipit, immo et iudicium frustra constituit deus .. Hermog. c. 11. p. 94.

Incesto ... quem scilicet *auferri* iussisset *de medio ipsorum*, multo magis utique de animo. Pudic. c. 13. p. 398.

Cap. VI.

1—6. Increpans etiam, quod *fratres non apud sanctos iudicarentur*. Pudic. c. 2. p. 370.

2. 3. Times hominem, [1] Christiane? quem timeri oportet ab angelis, siquidem *angelos iudicaturus es*: quem timeri oportet... ab universo mundo, siquidem et *in te mundus iudicatur*. Fug. c. 10. p. 189.

3. *Non scitis, quod angelos sumus iudicaturi?* Pudic. c. 14. p. 402.

3. Qui etiam *angelos iudicaturus est*, si in dei lege constiterit, quod in primordio noluit. Marc. II. c. 9. p. 78.

Hi sunt .. *angeli* quos *iudicaturi sumus*. Hab. c. 2. p. 38.

6. 7. Filius pacis, cui nec litigare conveniet. Cor. c. 11. p. 354.

9. Rursus inter cetera, immo et ante cetera: *Moechos* et *fornicatores* et *molles* et *masculorum concubitores negans regnum dei consecuturos*, praemisit:

9. [2] *Nec erraveritis*, ..

.. scilicet si putaveritis *eos consecuturos*. Quibus autem *regnum* adimitur, utique nec vita permittitur quae inest regno. Etiam ingerens:

---

1) I. 479. *Christiane, quem timeri* Gagn. Gelen. Pam. Rig. *Christi neque timeri* Rhen. I. — 2) I. 826. *nec* Pam. *ne* rel.

11. *Sed haec quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine domini Iesu Christi et in spiritu dei nostri:*

. . quanto delicta ista ante lavacrum accepto facit, tanto post lavacrum irremissibilia constituit. Siquidem denuo ablui non licet. Agnosce et in sequentibus Paulum columnam immobilem disciplinarum:

13. 14. *Cibi ventri et venter cibis, deus et hunc et illos* [3]*conficiet. Corpus autem non fornicationi, sed* [4]*domino.... dominus corpori ... Deus autem et dominum suscitavit et nos* [5]*suscitabit per virtutem suam*, ...

. . propter corporis scilicet nexum cum illo. [6]Et ideo:

15—18. *Non scitis, corpora vestra membra Christi? . . . Auferens membra Christi faciam membra fornicariae? Non scitis quod qui agglutinatur fornicariae, unum corpus efficitur? Erunt enim duo in unam carnem. Qui autem agglutinatur domino, unus est spiritus. Fugite fornicationem* . . . .

. . Si revocabilem [7]venia, quomodo *fugiam* [8]moechus denuo futurus? Nihil [9]profecero, si eam *fugero; unum* ero *corpus, cui* communicando *agglutinabor.*

3) I. 827. *conficit* codd. *conficiet* Latinius. — 4) *deo* codd. *domino* Latinius. — 5) *suscitavit* Gagn. — 6) *Et non ideo non scitis* Gagn. *Et ideo, Scitis* Rig. — 7) *veniam* Gagn. — 8) *moechum* Gagn. — 9) *profecero si eam* lib. Clem. Pam. Rig. *proficere. Si ergo eam* Gagn. *fecero, si eam* Gelen.

18. *Omne delictum, quod admiserit homo, extra corpus est;* [10] *qui autem fornicatur, in corpus suum peccat* . . . .

. . Ac ne hoc dictum in [11] licentiam fornicationis invaderes, ut in rem tuam, non domini delicturus, [12] aufert te tibi et Christo, sicut disposuerat, [13] addicit: statim [14] opponens:

19. 20. *Et non estis vestri, Empti enim estis pretio, Glorificate et tollite* [15] *dominum in corpore vestro* .

sanguine scilicet domini.

. . Hoc qui praecipit, vide an [16] ignoverit ei qui [17] dedecoraverit [18] dominum et qui deiecerit eum de corpore suo et quidem per incestum. Pudic. c. 16. p. 409—411.

11. Apostolus: *In his vos quoque fuistis, sed abluti estis.* Anim. c. 21. p. 256.

12. Apostolus: *Omnia,* inquit, *licent, sed non omnia* [19] *aedificant.* Cult. c. 10. p. 66.

Apostolus [20] exclamabat: *Omnia licent, sed non omnia* [21] *pro salute.* Cast. c. 8. p. 121.

12. *Omnia licere* dixit sanctissimus apostolus, *sed non omnia expedire.* Bapt. c. 17. p. 204.

13. Avertens .. nos a fornicatione ... *Corpus,* inquit, *non fornicationi, sed domino et dominus corpori.* Marc. V. c. 7. p. 399.

---

10) *quae* Gagn. — 11) *licentia* edd. Seml. et Leopoldi. — 12) *aufert te tibi* Rig. ex emend. P. Ciacconii. *aufert tibi* Gelen. Pam. *auferat tibi* Gagn. — 13) *addicit* P. Ciaccon. Fr. Iunius. *adiicit* Gagn. Gelen. Pam. Rig. — 14) *apponens* Rig. — 15) *deum* P. Ciacconius. — 16) *ignoraverit* Gagn. — 17) *decoraverit* Gagn. — 18) *deum* liber Clem. — 19) I. 730 *expediunt* Agob. Rig. — 20) I. 748. *exclamabat* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *exclamat* Agob. Rig. — 21) *prosunt* Agob. Rig.

14. [22] *Qui dominum suscitavit, et nos suscitabit.* Marc. V. c. 7. p. 399.

15. Bene quod aggerat: *Nescitis, corpora vestra membra esse Christi?* Marc. V. c. 7. p. 399.

15. Minus *membra Christi* cum *membris adulterae* commiscet? Ux. II. c. 2. p. 93.

Nec tuum apostolum [23] sinere scis coniungi *prostitutae membra Christi.* Marc. IV. c. 34. p. 326.

[24] Et in illis literis Paulus est, cum . . . *corpora nostra membra Christi* facit. Resurr. c. 10. p. 229.

15. 19. Non *membra Christi*, non *templum dei* vocabatur, cum veniam moechiae consequebatur (caro). Pudic. c. 6. p. 379.

15. 19. 20. Aliquo magno *redemit* haec *corpora*, in quae eadem [25] committenda fornicatio non erit, ut in *membra* iam *Christi*, non nostra. Marc. V. c. 7. p. 400.

18. *Omne delictum, quod admiserit homo, extra corpus est; qui autem adulteratur, in corpus suum delinquit.* Monog. c. 9. p. 153.

19. 20. Quod sciam, *non sumus* [26] *nostri*, sed *pretio empti*, et quali pretio? sanguine dei. Laedentes igitur carnem istam, eum laedimus de proximo. Ux. II. c. 3. p. 93.

20. Cum aliquas laudis operas carni indicit: *Glo-*

20. *Empti enim* [27] *sumus pretio* magno. Marc. V. c. 7. p. 400.

---

22) II. 293. *qui dominum* Pam. Rig. *quem dominus* reliq. — 23) II. 248. *sinere scis* Rig. F. Ursinus. *sinere* reliq. — 24) II. 480. *et* om. Gagn. Gelen. — 25) II. 293. *mittenda* Rhen. I. Gagn. Gelen. *admittenda* P. Ciacconius, prob. Fr. Iunius. — 26) I. 687. *nostris et pretio empti empti et* Agob. — 27) II. 293. *sumus pretio magno* Gagn. Gelen. Pam. Rig. (Gorz.). *sumus magno* Vatic. Rhen. I.

rificate, [30] *tollite deum in corpore vestro.* Resurr. c. 16. p. 240.

Ut, quomodo ait apostolus, *magnificetur deus in corpore vestro.* [Phil. 1, 20.] Cult. c. 11. p. 67.

Tu iam *redemptus* a [28] Christo et quidem magno. Cor. c. 13. p. 359.

Magno *redempta* est (caro). Pudic. c. 6. p. 379.

Amavit utique (Christus sc.) quem [29] magno *redemit.* Carn. c. 4. p. 349.

Paulus ... monet *tollere et magnificare deum in corpore nostro.* Resurr. c. 10. p. 229.

Iam nunc quomodo *honorabimus*, quomodo *tollemus deum in corpore* perituro? Marc. V. c. 7. p. 400.

Cap. VII.

1—3. *De quibus autem* [4] *scribitis, bonum est homini mulierem non contingere. Sed propter fornicationem unusquisque*

Alii de idolothyto edendo... alii de *nuptiis* vel *repudiis* ... disceptabant. Marc. I. c. 21. p. 38.

Si vis omnem notitiam apostoli ebibere, ut intellegas quanta [1] securi censurae omnem silvam libidinum caedat et eradicet et excaudicet, ne quidquam de recidivo [2] fruticare permittat, [3] aspice illum a iusta fruge naturae, a *matrimonii* dico pomo, animas ieiunare cupientem.

---

28) I. 451. *Christo et qu. magno* Agob. Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. Rig. *Christo in ligno* Laurent. — 29) II. 431. *magno* Agob. Montisp. Rhen. I. Gagn. Gelen. Rig. *magno pretio* 3 Vatic. Pam. — 30) II. 488. *inquit*, *et tollite* 3 Vatic. Pam. — 1) I. 827. *secure* Gagn. — 2) *fructificare* Gagn. Gelen. — 3) *ut aspicias* Gagn. — 4) *scribitis* Gelen. Pam. Seml. Leop. *scripsistis* Rig. F. Ursinus Oehl. *scriptis* Gagn.

uxorem suam habeat; vir uxori et uxor viro debitum reddat ....

.. Huius *boni* fibulam quis illum
nesciat invitum relaxasse, ut
fornicationi obviam [5] isset?
Quam si cui indulsit vel indul-
get, utique consilium remedii
sui [6] infregit et tenebitur iam
frenandis continentiae coniugiis,
si *fornicatio*, ob quam permit-
tuntur, non timebitur. Non
enim timebitur quae ignoscetur.
6. Et tamen *ignovisse se* profi-
tetur matrimonii usum, *non*
7. *imperasse. Vult* enim *omnes*
sibi [7] *adhaerere.* Si autem li-
cita ignoscuntur, illicita qui
8. sperant? *Innuptis* quoque *et*
viduis bonum esse dicit *exemplo*
9. *eius perseverare, si vero defi-*
cerent, nubere, quia [8] *praeest*
nubere quam uri. Quibus, oro,
ignibus deterius est *uri*, con-
cupiscentiae an poenae? Atquin
si fornicatio habet veniam, non
[9] *uret* concupiscentia eius:
[10] apostoli autem magis est poe-
nae ignibus providere. Quodsi
poena est quae *urit*, ergo ve-
niam non habet fornicatio, quam
10. 11. [11] manet poena. Interea
et *divortium prohibens*, pro eo
aut *viduitatis perseverantiam*
aut *reconciliationem pacis do-*
minico praecepto [Mt. 5, 32]
adversus moechiam procurat...
Quanta remedia spiritus sanctus

---

5) I. 828. *isset* Pam. Seml. Leop. *iret* Ios. Scaliger. *esset* reliq. — 6) *infregit* lib. Clem. Gagn. Pam. Rig. *infringit* Gelen. — 7) *adhaerere. Si* Gelen. Pam. Rig. Seml. Leop. *esse aequales. Adae* Gagn. *esse aequales. Quando* Oehl. — 8) *praestat* Latinius. — 9) *uret* Latinius. *urit* Rig. Fr. Iunius. *erit* Gagn. Gelen. Pam. Seml. Leop. Oehl. — 10) *apostolum* Gagn. — 11) *inuret* Gagn.

instaurat, ne id scilicet denuo
admittatur quod ignosci denuo
26. non vult? Iam si usquequa-
que *optimum* dicit *homini sic*
esse:

27. *Iunctus es uxori,*
ne quaesieris solutionem,

.. ut moechia locum non des;

Solutus es ab uxore,
ne quaesieris uxorem, ..

.. ut opportunitatem tibi serves.

28. *Quod et si duxeris*
uxorem et si nupserit virgo,
non peccat, pressuram
tamen carnis habebunt
huiusmodi, ...

28. et hic *parcendo* permittit. Ce-
29. terum *tempus in collecto* con-
stituit, —

29. *ut et qui habent uxo-*
res, sic sint tanquam
31. *non habentes. Prae-*
terit enim habitus hu-
ius mundi ......

32. Sic *vult* [12] *nos praeter sollici-*
tudinem degere, quia *innupti*
de domino curent, quomodo pla-
33. *ceant deo: nupti vero de mundo*
recogitent, quomodo placeant
38. [13] *coniugio.* Sic *melius facere*
pronuntiat [14] virginis *conserva-*
39. *torem* quam *erogatorem.* Sic et
illam beatiorem [15] discernit
quae *amisso viro* fidem ingressa
amaverit occasionem viduitatis.
40. [16] Sic haec omnia continentiae
consilia ut divina commendat:

40. *Puto*, inquit, *et ego*
spiritum dei habeo. ..

.. Quis iste est assertor auda-
cissimus omnis impudicitiae,
moechorum et fornicatorum et
incestorum plane fidelissimus
advocatus, quibus [17] honoran-

12) *nos praeter* Gagn. Rig. *nos pater praeter* Gelen. Pam. *nos Paulus praeter* Iac. Pamelius. — 13). I. 8?9. *coniugi* Latin. — 14) *virginem* Gagn. — 15) *discernit* Gagn. Gelen. Pam. *decernit* Rig. F. Ursinus. — 16) *sic* Rig. F. Ursinus. *si* Gagn. Gelen. Pam. — 17) *honorari* Gagn.

dis suscepit hanc caussam adversus *spiritum sanctum*, ut falsum testimonium recitet de apostolo eius? Nihil tale Paulus indulsit, qui totam carnis necessitatem de probis etiam titulis obliterare conatur. Indulget sane non adulteria, sed nuptias. Parcit sane matrimoniis, non stupris. Tentat ne naturae quidem ignoscere, [18] ne culpae blandiatur: studet compescere benedictionis concubitum, ne maledictionis excusetur. Hoc ei supererat, carnem vel a sordibus purgare; a maculis enim non potest. Pudic. c. 16. p. 411—413.

1. *Bonum*, inquit, *homini mulierem non contingere.* Monog. c. 3. p. 136.

1. 2. Dicit: *De his autem quae scribitis, bonum est homini mulierem non attingere; propter fornicationes autem unusquisque uxorem suam habeat.* Monog. c. 11. p. 157.

5. Apostolus *temporalem* [19] *purificationem orationum* [20] *commendandarum caussa* adiecit, ut sciremus, quod ad tempus prodest, semper nobis exercendum esse, ut semper prosit. Cast. c. 10. p. 125.

6. *Secundum veniam* concedit, *non secundum imperium*, id est:

18) *quique culpae* Gagn. — 19) I. 752. *purificationi orationem commendavit, causantes id quod ad tempus permiserat semper nobis exercere* (*exercendum* Gagn. Gelen. Pam.) *esse quod semper prosit* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 20) *commendarum* Agob.

indulgens, non praecipiens ita fieri. Monog. c. 11. p. 158.

Ex *indulgentia* est quodcunque permittitur. Cast. c. 3. p. 108.

7. *Malebat omnes id esse quod et ipse.* Monog. c. 11. p. 158.

Nos . . ad *exemplum suum* hortatur, utique ostendens quid *nos velit esse*, id est continentes. Cast. c. 4. p. 114.

[21] Apostolus sanctus .. viduas [22] et innuptas integritati perseverare mavult .. nos *ad exemplum* sui hortatur. Ux. II. c. 2. p. 90.

7. 8. Apostolus de *viduis* quidem et [23] *innuptis*, ut ita *permaneant* suadet, cum dicit:

7. *Cupio autem omnes* [24] *meo exemplo perseverare.* Ux. II. c. 1. p. 88.

Volo vos, inquit, *omnes sic esse quomodo et ego.* Monog. c. 3. p. 136.

Volo autem vos sic esse omnes. Monog. c. 3. p. 138.

7—9. 26. Quid . . *bono* isto *melius* sit, accipimus ab apostolo, permittente quidem *nubere*, sed *abstinentiam* praeferente: illud propter insidias temptationum, hoc propter angustias temporum. Ux. I. c. 3. p. 76.

8. 9. Cum [25] de *viduis* et *innuptis* definivit uti *nubant*, *si continere non possunt*, quia *melius* [26] *sit nubere quam uri* . . . Cast. c. 3. p. 111.

7—16. Apostolus etsi *bonum* continentiae praefert, tamen coniugium et contrahi permittit [27] et usui esse et magis retineri quam disiungi suadet. Marc. V. c. 7. p. 400.

---

21) I. 686. *spiritus* Agob. Rig. *Christus* Rhen. I. *apostolus* reliq. — 22) *et* om. Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 23) *innupti* Agob. *nuptis* Rhen. I. Gagn. Gelen. — 24) *in meo* Hildebrandus. *ex eo* Rhen. I. — 25) I. 742. *de viduis et innuptis definivit* (*definiit* Agob. Rig.) Agob. Gagn. Gelen. Pam. Rig. — 26) *sit nubere* Agob. Rig. *est nubere* Pam. *est nubi* Rhen. I. Gagn. Gelen. — 27) II. 294. *et* om. Rhen. I. Gagn. Gelen.

9. Scriptum est: *Melius est nubere quam uri.* Ux. I. c. 3. p. 76. Cast. c. 3. p. 111. 112 (bis). Monog. c. 3. p. 137 (ter). Pudic. c. 1. p. 367.

10. Conversus ad [29] aliam speciem: *Nuptis autem denuncio*, inquit, [30] *non ego sed dominus.* Cast. c. 3. p. 111. Monog. c. 3. p. 138.

12. *Si quis*, inquit, *fidelis uxorem habet infidelem*.. Ux. II. c. 2. p. 89.

12—14. Numquid .. de illo capitulo sibi blandiuntur primae ad Corinthios ubi scriptum est: *Si quis* [32] *frater infidelem habet uxorem et illa matrimonio consentit, ne dimittat eam. Similiter mulier fidelis infideli nupta, si* [33] *consentaneum maritum experitur, ne dimiserit eum. Sanctificatur enim infidelis vir a fideli uxore et infidelis uxor a fideli marito: caeterum immundi essent filii vestri?* Ux. II. c. 2. p. 89.

14. *Caeterum*, inquit, *immundi nascerentur*, . . .

9. . . ut ideo bonum sit *nubere*, quia deterius [28] est *ardere.* Cast. c. 3. p. 111.

Maluit e contrario *uri* quam *nubere.* Monog. c. 17. p. 169.

10. 11. [31] Christi apostolus . . praecipit *mulierem a viro non discedere* aut *si discesserit, manere innuptam aut reconciliari viro.* Marc. V. c. 7. p. 400.

12—14. Secundum scripturam qui in matrimonio [34] gentilis [35] a fide [36] deprehenduntur, [37] propterea non inquinantur, [38] cum ipsis aliis quoque *sanctificantur.* Ux. II. c. 2. p. 92.

Hinc .. et apostolus ex *sanctificato* alterutro sexu *sanctos* procreari ait, tam ex seminis [39] praerogativa quam ex institutionis disciplina:

. . quasi designatos tamen [40] *sanctitati* ac per hoc etiam [40] saluti

28) I. 742. *sit* al. — 29) *alteram* al. — 30) *non quidem ego* al. — 31) II. 294. *Christi apostolus* Pam. Rig. *Christus* Rhen. I. Gagn. Gelen. — 32) II. 685. *fratrum* Rig. *fratrem* Agob. *frater* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 33) *consentanea* Rhen. I. — 34) II. 686. *gentili* Agob. Rig. — 35) *a ffide* Agob. — 36) *deprehendentur* Agob. — 37) *ac propterea* al. — 38) *quia cum* Agob. Rig. — 39) II. 621. *procreativa* Agob. Gagn. in marg. — 40) *sanctitati . . . saluti* Rig. *sanctitatis . . . salutis* Agob. Gagn. Gelen. Pam.

intellegi volens fidelium *filios*: ut huius spei [41] pignora matrimoniis, quae retinenda censuerat, [42] patrocinarentur. Anim. c. 39. p. 297.

15. 16. Et rationem subicit, *in pace nos vocari* [43] *a domino* et posse *infidelem* a *fideli* per usum matrimonii lucrifieri. Ux. II. c. 2. p. 90.

17. Ipsa etiam clausula hoc ita intellegendum esse confirmat: *Ut quisque,* ait, *vocatur a domino, ita perseveret.* Ux. II. c. 2. p. 90.

18. Cum et illa sententiae cedant: .. *Impraeputiatus* [44] *es, ne circumcidaris; circumcisus vocatus es, ne adduxeris* .. Monog. c. 11. p. 160.

18. Abstulit circumcisionem. Pudic. c. 17. p. 417.

20. 24. In eodem ipso capitulo quo definit, *unumquemque, in qua vocatione vocabitur, in ea permanere* debere ... Monog. c. 11. p. 158.

Et de scripturis audent argumentari, dixisse apostolum:

20. 24. *Ut quisque fuerit inventus, ita* [45] *et perseveret.* Idol. c. 5. p. 151.

21. *Servus vocatus es, ne curaveris.* Monog. c. 11. p. 160.

22. 23. Tu iam *redemptus* es a Christo [46] et quidem magno. *Servum* alienum, quomodo saeculum

41) *pignore* Agob. Rig. — 42) *patrocinarentur* Gelen. Pam. *patrocinaretur* Gagn. Rig. — 43) I. 685. *ad dominum deum* Agob. Rig. — 44) I. 781. *vocatus es* Gelen. Pam. Rig. — 45) I. 72. *et* om. Agob. Gagn. — 46) I. 451. *et quidem magno* Agob. Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *in ligno* Laurent.

manumittet? Et si libertas [47] videtur, sed et servitus videbitur. Omnia imaginaria in saeculo et nihil veri. Nam et tunc *liber* [48] hominis eras, *redemptus* a Christo, et nunc *servus* es *Christi*, licet [49] *manumissus* ab homine. Si [50] veram putes saeculi *libertatem*, ut et [1] corona consignes, redisti in *servitutem hominis*, quam putas libertatem: amisisti *libertatem Christi*, quam [2] putas servitutem. Cor. c. 13. p. 359.

25. Multum . . interest inter dei *praeceptum* et *consilium* hominis:

25. *Praeceptum* [3] *domini*, inquit, *non habeo, sed consilium do, quasi misericordiam* [4] *consecutus fidelis esse.* Cast. c. 4. p. 113.

25. 26. *Praeceptum* . . *domini* non erat, *bonum esse homini, si sic permaneat*, utique quomodo a fide fuerit inventus. Monog. c. 11. p. 158.

27. 28. *Vinctus* [5] *es enim uxori, ne quaesieris solutionem; solutus es ab uxore, ne quaesieris uxorem. Si autem acceperis uxorem, non deliquisti*, .

. . quia ante fidem *soluto ab uxore* non numerabitur post fidem secunda uxor, quae post fidem prima est; a fide enim etiam ipsa vita nostra censetur. Monog. c. 11. p. 158.

---

47) *videbitur* Agob. Rig. *videatur* Ursinus. *videbatur* reliq. — 48) *hominis* Agob. Rig. *homini* reliq. — 49) *manum. sis* Agob. (Hild.). — 50) *vera* Laurent. Rhen. I. — 1) *corona* Rig. Latin. *coronam* Laurent. Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *corona eam* Agob. — 2) *putasti* Agob. (Baluz.). *non putas* Laurent. — 3) I. 743. *dei* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 4) *consecutus a domino fidelis esse* Rig. *secutus a domino fideles esse* Agob. — 5) I. 779. *es uxori* rel.

27. *Obligatus es*, inquit, *matrimonio*, [6] *ne quaesieris* [7] *solutionem*. Ux. I. c. 7. p. 84.

. . quibus concurrit:. *Vinctus es uxori, ne quaesieris solutionem; solutus es ab uxore, ne quaesieris uxorem*. Monog. c. 12. p. 160.

27. 28. *Solutus es ab uxore, ne quaesieris uxorem, sed* [8] *si duxeris, non* [9] *delinques*. Cast. c. 4. p. 113.

28. 29. Subiungit: *Ve-*

27. 28. Caeterum de secundo matrimonio scimus [10] plane apostolum pronuntiasse:

28. Etsi *non delinquas renubendo, carnis tamen pressuram* subsequi dicit. Ux. I. c. 7. p. 84.

Hoc ipso, quod *virgines* non nominavit, sicut alio in loco, ubi de *nubendo* docet, satis praedicat de omni muliere et de toto sexu dictum nec distinctum esse inter *virginem*, [11] omnino non nominat. Orat. c. 21. p. 18.

28—35. Sed hic *parcere se* dicit *illis;* alioquin *pressuram carnis* subsecuturam prae angustiis temporum impedimenta matrimonii recusantibus, quin potius *de domino sollicitudinem habendam* [12] *promerendo*, quam *de marito*. [13] Et ita revocat quod permisit. Monog. c. 11. p. 158.

6) I. 679. *ne quaes. sol.* om. Rhen. I. — 7) *solutionem* Agob. Rig. *absolutionem* Gagn. Gelen. Pam. — 8) I. 743. *et si* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 9) *delinques* Agob. Rig. — 10) *tamen* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 11) I. 574. *cum omnino* Oehl. — 12) I. 779. *promendo* Pam. — 13) *et* om. Pam.

rumtamen huiusmodi pressuram carnis habebunt, . .

29. Continentiae quas ait caussas? *Quia tempus in collecto est.* Marc. V. c. 7. p. 401.

. . dicente apostolo . . . rursus: *Quia tempus* iam *in collecto est.* Marc. V. c. 8. p. 406.

Praemiserat dicens: *Tempus in collecto est.* Cult. c. 9. p. 63.

Tempus, inquit, *in collecto est; superest ut qui matrimonia habent, tanquam non habentes agant.* Ux. I. c. 5. p. 82.

. . inducente apostolo: *Superest, ut et qui habent uxores, sic sint ac si non habeant: quia tempus in collecto est.* Monog. c. 7. p. 147.

. . *parcere se eis* dicit . . *tempus in* [14] *collecto esse* adicit, quo oporteat *etiam habentes matrimonia pro non habentibus agere* . . . sollicitudinem [15] nuptorum committit. Per haec enim docens cur non expediat nubere, dissuadet ab eo quod supra indulserat. Cast. c. 4. p. 113 sq.

29. . . cum magis nunc *tempus in collecto* factum sit. Monog. c. 3. p. 138.

. . *tempore* iam *collectiore.* Monog. c. 14. p. 165.

Uxores quoque *sic habendas* demonstrat, *tanquam non habeantur*, propter angustias temporum. Cult. c. 9. p. 63.

Alia vox supervenit, *tempus* iam *in collecto esse; restare ut et qui uxores* [16] *habent, tanquam non habentes agant.* Cast. c. 6. p. 117.

. . ideoque *superesse, ut et qui habeant uxores, sic sint quasi non* [17] *habeant.* Monog. c. 3. p. 136.

. . dicens, *in collecto esse tempus.* Monog. c. 11. p. 157.

Et si nubendi iam modus [18] ponitur, quem quidem apud nos spiritalis ratio Paracleto auctore defendit, unum in fide matrimonium praescribens: eiusdem erit modum figere qui modum aliquando diffuderat; is colliget qui sparsit, is caedet silvam qui plantavit, is metet segetem qui seminavit, is dicet:

---

14) I. 743. *collectum* Agob. Rig. — 15) *nuptorum et innuptorum committit* Agob. Rig. — 16) I. 746. *habeant* Agob. — 17) I. 763. *habentes* Rhen. I. Gagn. — 18) II. 82. *imponitur* Vatic.

Superest, ut et qui uxores habent, sic sint quasi non habeant, ...

. . cuius et retro fuit, Crescite et multiplicamini; eiusdem finis cuius et initium. Non tamen [19] ut accusanda caeditur silva nec ut damnanda secatur seges, sed ut tempori suo parens. Sic et connubii res non ut mala securem et falcem admittit sanctitatis, sed ut matura defungi, ut ipsi sanctitati reservata, cui caedendo [20] praestat et esse. Marc. I. c. 29. p. 57.

30. *Et qui emunt,* [21] inquit, *sic agant, quasi non possidentes.* Cult. c. 9. p. 63.

31. *Praeterit habitus huius mundi,* apostolo quoque auctore. Resurr. c. 5. p. 220.

Praeterit [22] *enim,* inquit, *habitus huius mundi.* Cult. c. 9. p. 63.

31. Nobis . . *abuti* apud apostolum non licet. Cor. c. 10. p. 352.

Secundum apostolum . . qui *nos uti* monet *mundo isto quasi non abutamur*:

Nec ulli omnino terrae salus repromittitur, quam [23] oportet cum totius *mundi habitu praeterire.* Resurr. c. 26. p. 262.

Quando? cum *praeterire* coeperit *habitus mundi huius.* Resurr. c. 31. p. 270.

32. 33. Reddit etiam caussas cur ita suadeat, quod *innupti de deo cogitent, nupti vero quomodo*

---

19) *ut accusanda* Vatic. Pam. Rig. *accusanda* reliq. — 20) *praestat et esse* Gagn. Gelen. Pam. Rig. Leop. *praestaret esse* Rhen. I. *praestaret messem* Oehl. — 21) I. 727. *inquit sic* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *sic* Agob. Rig. — 22) *enim habitus mundi huius* Agob. Rig. — 23) II. 501. *oporteret* Seml. Leop.

34. *Divisa est mulier et virgo.* Virg. c. 4. p. 8 [bis].

34. Quid utilitatis sit ostendit dicens: *Innupta de dominicis cogitat,* [27]*uti corpore et spiritu sancta sit. Nupta vero sollicita est quomodo coniugi suo placeat.* Ux. I. c. 3. p. 77.

Innupta (id est virgo) *cogitat ea quae sunt domini, ut sit sancta et corpore et spiritu. Nupta autem* (id est non virgo) *cogitat quomodo placeat viro.* Virg. c. 4. p. 8.

39. . . cum scriberet: *Mulier* [28]*vincta est in quantum temporis vivit vir eius; si autem mortuus fuerit, libera est; cui vult nubat: tantum*

[24]in *matrimonio* quis suo *placeat.* Monog. c. 3. p. 136.

34. Potuit hic quoque constituere differentiam inter *virginem* et *mulierem*, sicut alibi dicit:

33. 34. Cum . . dicat *maritos* hoc *in* [25]*sollicitudine habere,* [26]*quemadmodum sibi placeant . . .* Cast. c. 9. p. 122.

34. 35. Arbitrio permissa res erat, ut quaeque voluisset aut tegi aut prostitui, sicut et nubere, quod et ipsum neque cogitur neque prohibetur. Virg. c. 3. p. 5.

39. Praescribens, *tantum in domino* esse *nubendum* . . Marc. V. c. 7. p. 401.

Illa *nuptura in domino* habet *nubere.* Monog. c. 7. p. 147.

Habes apostolum *in domino*

24) I. 764. *in* om. Gelen. — 25) I. 749. *sollicitudinem* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 26) *quonam modo* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 27) I. 673. *uti et* Agob. — 28) I. 778. *vincta* lib. Clem. Pam. Rig. *iuncta* reliq.

in domino. Monog. c. 11. p. 156.

. . adiciens: *Mulier vincta est quamdiu vivit vir eius; si autem dormierit, libera est; cui volet nubat: tantum in domino.* Monog. c. 11. p. 159.

nubere iubentem. Cor. c. 13. p. 359.

Ut.. *in* [29] *domino nubas* secundum [30] legem et apostolum... Monog. c. 11. p. 156.

Sciamus plane non sic esse in Graeco authentico, quomodo in usum [31] exiit per duarum syllabarum aut callidam aut simplicem eversionem: *Si* [32] *autem dormierit vir eius;* quasi de futuro sonet, ac per hoc videatur ad eam pertinere quae iam in fide virum amiserit. Hoc quidem si ita [33] esset, in infinitum emissa licentia totiens virum dedisset quotiens amissus esset, sine ullo pudore nubendi etiam ethnicis [34] congruente: sed [35] etsi ita esset, quasi de futuro, *Si* cuius *maritus mortuus fuerit,* tantundem et futurum ad eam pertineret cuius ante fidem morietur maritus. [36] Quam vis accipe, dum caetera non evertas. Nam cum et illa sententiae cedant [7, 21. 18. 27.], satis manifestum est, ad eos haec pertinere qui in nova et recenti vocatione constituti de his consulebant in quibus a fide fuerant deprehensi. Monog. c. 11. p. 159 sq.

Ne in nubendo quidem [37] rursum disciplinae meminisse voluerunt, ut *in domino* potissimum *nuberent.* Ux. II. c. 1. p. 87.

---

29) I. 777. *deo* Rhen. I. Gagn. Gelen. — 30) *legem* om. Rhen. I. Gagn. Gelen. — 31) I. 780. *exigit* Rhen. I. — 32) *autem* om. Pam. Rig. — 33) *est et in* Rhen. I. — 34) *congruentes* Rhen. I. — 35) *si* al. — 36) *quam vis* lib. Clem. Pam. *quaevis* Gelen. Rig. *quavis* Oehl. *Quam vis accipe, dum caetera* om. Rhen. I. Gagn. — 37) I. 683. *rursum* om. Agob. Rig.

	De *nubendo* . . *in domino*, cum [38] dicit:
Tantum in domino, .	iam non suadet, sed exerte iubet. Ux. II. c. 1. p. 88.
. . dicens: *Mulier defuncto viro libera est; cui vult nubat: tantum in domino.*	Hic certe nihil [39] retractandum est: nam [40] de eo quod tractari potuisset, [41] apostolus cecinit: ne, quod ait, *Cui velit nubat*, male uteremur, adiecit, *Tantum in domino* i. e. in nomine domini, quod est indubitate Christiano. Ux. II. c. 2. p. 90.
	[42] Apostolus sanctus . . . nullam aliam formam repetundarum nuptiarum nisi *in domino* praescribit, huic soli conditioni continentiae detrimenta concedit: *Tantum*, inquit, *in domino.* [43] Adiecit pondus legi suae *Tantum.* Quo sono et modo enuntiaveris dictum istud, [44] onerosum est: et iubet et suadet, et praecipit [45] et hortatur, [46] et rogat et comminatur. [47] Districta, expedita sententia est et ipsa sui brevitate [48] facunda: sic solet divina [49] vox, ut statim intellegas, statim observes. Ux. II. c. 2. p. 90 sq.
	Sed ecce rursus *mulierem* [50] *defuncto marito* dicit *nubere posse, si cui velit, tantum in domino.*

38) *adicit* Agob. — 39) I. 685. *tractandum* Agob. — 40) *de quo retractari* Agob. Rig. — 41) *spiritus* Agob. Rig. — 42) I. 686. *spiritus* Agob. Rig. *Christus* Rhen. I. — 43) *abiecit* Rhen. I. — 44) *et onerosum* Rhen. I. — 45) *et* om. Agob. — 46) *ergo et rogat* Agob. — 47) *districta, expedita* Rig. *districte expeditae* Agob. *detractata et exerta* reliq. — 48) *facunda* Agob. Rig. *foecunda* reliq. — 49) *vox, ut statim intellegas, statim observes* Agob. Rig. *uxor statim observes* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *vox: statim observes* F. Ursinus. — 50) I. 744. *marito defuncto* Agob. Rig.

40. *Atenim felicior erit,* inquit, *si sic* [51]*permanserit secundum meum consilium. Puto autem, et ego* [52]*spiritum dei habeo.* Cast. c. 4. p. 114.

Puto autem, inquit, *et ego spiritum dei habeo.* Monog. c. 3. p. 138.

40. Lusit .. et de suo *spiritu* et de ecclesiae angelo et de virtute domini, si quod de *consilio* eorum pronuntiaverat rescidit. Pudic. c. 14. p. 406.

Cap. VIII.

Alii de *idolothyto edendo,* alii de mulierum velamento ... disceptabant. Marc. I. c. 21. p. 38.

2. *Si quis se putat scire, nondum scit, quemadmodum oporteat eum scire.* Pudic. c. 14. p. 402.

2. Ad Corinthios scriptum ... qui *putarent se scire aliquid,* quando *nondum scirent, quemadmodum* [1]*scire oporteret.* Praescr. c. 27. p. 33.

4. *Non quasi aliquid sit idolum.* Coron. c. 7. p. 348.

4. Ad quid .. indigneris per eum [2]maledictus quem *scis nihil esse?* Idol. c. 21. p. 179.

De *idolis* .. coepit de *idolothytis* disputaturus:

4. *Scimus quod idolum nihil sit.* Marc. V. c. 7. p. 401.

Non quod idolum sit aliquid, [3]ut apostolus ait. Spect. c. 13. p. 125.

5. *Sed etsi sunt qui dicuntur dei sive in caelis sive in terris,* ....

.. apparet quomodo dixerit; non [4]quasi vere [5]sint, [6]sed quia sint qui dicantur, quando non sint. Marc. V. c. 7. p. 401.

.. dicente apostolo: *Nam et sunt qui dicuntur dei sive in caelo sive*

---

51) *perseveraverit* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 52) *dei spiritum* Agob. Rig. — 1) II. 25. *scire* Agob. Rig. *sciri* reliq. — 2) I. 103. *maled. quem* Rig. F. Ursinus. *quem* Gagn. Gelen. Pam. — 3) I. 43. *ut* abest ap. Oehl. — 4) II. 294. *quasi* Gagn. Gelen. Pam. Rig. *quia si* Rhen. I. *quia* Vatic. — 5) *sunt* Vatic. — 6) *sed quia sint* om. Rig.

in terris. Marc. III. c. 15. p. 153.

5. 6. *Nam etsi sunt qui dicuntur dei sive in caelo sive in terra* nomine, *caeterum unus deus pater, ex quo omnia.* Hermog. c. 4. p. 84.

5. 6. Non potest videri apostolus creatorem quoque inter eos posuisse *qui dei dicantur* et tamen non sint, quando, etsi fuissent, *nobis tamen unus* esset *deus pater*, *ex quo omnia.* Marc. V. c. 7. p. 401.

6. Ab eo .. inter *omnia* et *Christus*. Marc. V. c. 7. p. 402.

8. *Esca nos deo non commendat* ... subiciens: *Nec si manducaverimus*, [7] *abundabimus, nec si non manducaverimus*, *deficiemus*. Ieiun. c. 15. p. 419.

8. .. apostolum docere quod *esca nos deo non commendet*, *neque abundantes, si edamus, neque deficientes*, *si non edamus.* Ieiun. c. 2. p. 393.

10. *In idolio recumbere* alienum est a fide. Coron. c. 10. p. 353.

Solent quidem isti [8] miriones etiam de quibusdam personis [9] ab haeresi captis *aedificari in ruinam.* Praescr. c. 3 in.

10. 12. Quidam .. in *conscientia* usque nunc quasi idolothytum edunt. *Sic autem delinquentes percutiendo conscientias fratrum infirmas in Christum delinquent.* Pudic. c. 14. p. 402.

Cap. IX.

1. *Non sum liber, non sum apostolus, non Christum Iesum dominum nostrum vidi?* Pudic. c. 14. p. 401.

7) I. 875. *abundabimus* Pam. Rig. Harrisius. *abundavimus* Gagn. Gelen. — 8) II. 5. *miriones* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *infirmiores* Agob. Rig. — 9) *ad heresis* Agob.

Hunc et Paulus conspexit ... *Nonne*, inquit, *vidi Iesum?* .... *Christum* autem et [1]ipse [2]*dominum* cognominavit. Prax. c. 15. p. 225.

4. 5. *Petrum* solum invenio maritum, per socrum: monogamum praesumo pèr ecclesiam, [3]quae super illum aedificata omnem gradum ordinis sui de monogamis erat collocatura. Caeteros cum maritos non invenio, aut spadones intellegam necesse est aut continentes. Nec enim, si penes Graecos communi vocabulo censentur mulieres et uxores pro consuetudinis facilitate (caeterum est proprium vocabulum uxorum), ideo Paulum sic interpretabimur, quasi [4]demonstret *uxores apostolos* habuisse. Si enim de matrimoniis [5]disputaret, quod in sequentibus facit, ubi magis apostolus aliquod exemplum nominare potuisset, recte videretur dicere:

5. *Non enim habemus potestatem uxores circumducendi, sicut caeteri apostoli et Cephas?* ... .. At ubi ea subiungit quae de victuaria exhibitione abstinentiam eius ostendunt dicentis:

4. *Nonne enim potestatem habemus manducandi et bibendi?* .... non *uxores* demonstrat *ab apostolis* [6]*circumductas*, quas et qui non habent, *potestatem* tamen

1) II. 673. *ipse* Rig. F. Ursinus. *ipsum* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 2) *deum* Gelen. Pam. Rig. — 3) I. 773. *quae — collocatura*. Gelen. Pam. Rig. *qua sup. illum omnem gradum ord. s. de monog. erat collocaturus* (*collaturus* Gagn.) Rhen. I. Gagn. — 4) *demonstrasset* Rhen. I. Gagn. — 5) *disputasset* Rhen. I. Gagn. — 6) *circumductas* Gelen. Pam. Rig. *deductas* Rhen. I. Gagn.

4. 5. Iam vero et nominatim: *Aut non habemus potestatem manducandi et bibendi et mulieres circumducendi, sicut et caeteri apostoli et fratres domini et Cephas?* Pudic. c. 14. p. 402.

6. . . ut quem Paulus iuxta se constituerit in abstinentiae tenore: *Aut ego solus et Barnabas non habemus* [7] *operandi potestatem?* Pudic. c. 20. p. 427.

9. 10. *Bovi*, inquit, *terenti os non obligabis*, et adicit: *Numquid de bubus pertinet ad dominum?... Propter nos enim scriptum est*, inquit. Marc. V. c. 7. p. 402.

12. *Si alii de potestate vestra consequuntur, non magis nos?* Pudic. c. 14. p. 402.

manducandi et bibendi habent: sed simpliciter *mulieres*, quae illis eodem instituto quo et dominum comitantes ministrabant. Monog. c. 8. p. 149 sq.

5. Licebat et *apostolis* nubere et *uxores circumducere*. Cast. c. 8. p. 122.

7. 9. 10. Ex labore suo unumquemque docens vivere oportere, satis exempla praemiserat *militum, pastorum, rusticorum*. Marc. V. c. 7. p. 402.

9. *Bovi* etiam *terenti* vincula *oris* remittuntur ad fructum praesentis laboris, quo facilius in pecudibus praemeditata humanitas in hominum refrigeria erudiretur. Marc. II. c. 17. p. 95.

Eius disciplina est qui *bovi trituranti os* liberum iussit. Marc. V. c. 16 ex.

9. 10. Cum etiam [8] haereticorum apostolus ipsam legem indulgentem [9] *bubus terentibus os* liberum non *de* [9] *bubus*, sed de *nobis* interpretetur. Marc. III. c. 5. p. 128.

---

7) I. 839. *hoc operandi* Pam. Rig. *operandi* Gagn. Gelen. — 8) II. 127. *ethnicorum* Latinius — 9) *bobus* Vatic.

14. Legem allegoricam secundum nos probavit et *de evangelio viventibus* patrocinantem. Marc. V. c. 7. p. 402.

Licebat et *de* [10] *evangelio* [11] *ali.* Cast. c. 8 ex.

15. *Gloriam meam nemo inaniet.* Pudic. c. 14. p. 402.

15. Sed *noluit uti* legis potestate, quia maluit gratis laborare. Hoc ad *gloriam suam* retulit, *quam negavit quemquam evacuaturum.* Marc. V. c. 7. p. 402.

20. 22. Pôstmodum et ipse usu *omnibus omnia futurus, ut omnes lucraretur, Iudaeis quasi Iudaeus* et *eis qui sub lege tanquam in lege.* Marc. I. c. 20. p. 35.

Apostolo .. profitenti *factum se Iudaeis Iudaeum, ut Iudaeos lucrifaceret,* et *sub lege agentem* propter eos qui *sub lege agerent* ... et *omnibus* novissime *omnia factum, ut omnes lucraretur.* Marc. V. c. 3. p. 378.

Respondebo quasi pro Petro, ipsum Paulum dixisse, *factum se* [12] *omnibus esse omnia, Iudaeis Iudaeum*, non Iudaeis non Iudaeum, *ut omnes* [13] *lucrificaret.* Praescr. c. 24. p. 28.

22. Dicit: [14] *Omnibus omnia factus sum, ut* [15] *omnes lucrifaciam.* Idol. c. 14. p. 167.

22. Ita res [16] exigebant, ut *omnibus omnia fieret, quo omnes lucrifaceret.* Monog. c. 14. p. 164.

Cum ipse Paulus *omnibus omnia fieret, ut omnes lucraretur.* Marc. IV. c. 3. p. 189.

24. Quodsi et *stadium* contendas in scripturis nominari, sane obtinebis. Spect. c. 18. p. 130.

---

10) I. 749. *evangeliis* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 11) *ali* Agob. Rig. *vivere* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 12) II. 22. *esse omnibus* Agob. Rig. — 13) *lucrificaret* Agob. Gelen. Pam. Rig. *lucrifaceret* Rhen. I. Gagn. — 14) I. 91. *omnibus omnia* Agob. Gagn. Rig. *omnia omnibus* Gelen. Pam. — 15) *omnibus* Agob. — 16) *exigebat* lib. Clem.

25. *Et illi*, inquit apostolus, *ut coronam corruptibilem consequantur; nos aeternam consecuturi.* Mart. c. 3. p. 70.

Cap. X.

4. *Petra .. fuit Christus*; etiam Marcion servat. Marc. V. c. 5. p. 391.

Cum etiam [1] haereticorum apostolus ... *petram potui* subministrando *comitem Christum* adleget *fuisse.* Marc. III. c. 5. p. 128.

Circumcisis nobis *petrina* acie, id est [2]*Christi; petra* enim *Christus.* Marc. III. c. 16. p. 156. Iud. c. 9. p. 308.

.. [3]non ut eum portenderet, quem et in lapidis et in *petrae* et in montis figura [4]portenderat. Marc. IV. c. 35. p. 337.

Haec est aqua, quae de *comite petra* populo defluebat. Si enim *petra Christus*, sine dubio [5]aqua in Christo baptismum videmus benedici. Bapt. c. 9. p. 194.

Ecce .. et in *petram* offendit caecus Marcion, *de qua bibebant* in solitudine patres nostri. Si enim *petra* illa *Christus fuit*... Marc. V. c. 7. p. 402.

5. Et reliquum exitum populi decursurus praemittit:

---

1) II. 127. *ethnicorum* Latinius. — 2) II. 143. *Christi praeceptis, petra* Pam. Rig. — 3) II. 255. *ut non* Gelen. Pam. Rig. — 4) *portenderet* Gelen. Pam. Rig. — 5) I. 628. *aqua* Gagn. Gelen. Pam. *aquae* Rig. F. Ursinus.

6. *Haec autem exempla nobis sunt facta.* Marc. V. c. 7. p. 403.

6. Si *figurae nostrae fuerunt*... Coron. c. 8. p. 350.

6. 11. *Figurae .. nostrae fuerunt*, apostolo auctore, quae scripta sunt. Resurr. c. 58. p. 333.

7. *Manducavit populus et bibit et surrexerunt ludere.* Ieiun. c. 6. p. 398.

Manducaverat .. populus et biberat et surrexerat ludere. Marc. II. c. 18. p. 96.

7. *Populus* dei . . . facilius cum tympanis et tibiis et psalteriis revertens de captivitate Babyloniae, quam cum coronis, et *post cibum et potum exsurgens ad ludendum* sine coronis. Nam neque laetitiae descriptio neque luxuriae [6] denotatio de coronae decore aut dedecore tacuisset. Coron. c. 9. p. 351.

8. In Arithmis, cum [7] divertisset Israel apud [8] Sethim, abeunt *libidinatum* ad filias Moab, invitantur ad idola, [9] ut et spiritu *fornicarentur* . . . Ob hanc quoque idololatriam, *moechiae* [10] sororem, *viginti tria milia* [11] domesticis obtruncata gladiis divinae irae litaverunt. Scorp. c. 3. p. 351.

11. Denique et in clausula praefationi respondet: *Haec autem quemadmodum evenerunt illis, scripta sunt ad nos commonendos, in quos fines aevorum decucurrerunt.* Marc. V. c. 7. p. 403.

Nos .. in quos [12] *decucurrerunt fines saeculorum.* Cult. c. 9. p. 63.

11. .. dummodo apostolus affirmet, omnia tunc *figurate* populo *accidisse.* Idol. c. 5. p. 152.

Qui .. semel aeternum iudicium destinavit post saeculi finem, non praecipitat discretionem, quae est conditio iudicii, ante saeculi finem. Apol. c. 41. p. 101.

6) I. 438. *denotio* Agob. — 7) I. 504. *devenisset* Agob. — 8) *sattin* Agob. — 9) *ut et* Agob. Rig. *ut* reliq. — 10) *sorore XXIIII domesticis* Agob. — 11) *domestici* Gagn. — 12) I. 728. *decucurrerunt* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *decurrerunt* Agob. Rig.

Propter *nos* .. sicut *scripta sunt*, ita et gesta sunt, *in quos aevorum fines* [13] *decucurrerunt*. Prax. c. 16. p. 228.

12. Aeque et illos singulari stilo figit: *Propterea qui se putat stare, videat ne cadat*. Pudic. c. 14. p. 402.

14. Apostolus [14] inclamat: *Fugite idololatriam*. Coron. c. 10. p. 353.

19. 20. *Non* quasi *aliquid* [15] *sit idolum*, sed quoniam quae *idolis* [16] alii faciunt, ad *daemones* pertinent. Coron. c. 7. p. 348.

Non quod idolum sit aliquid, [17] ut apostolus ait, *sed* [18] *quod quae faciunt*, *daemoniis faciunt*, consistentibus scilicet in consecrationibus *idolorum* sive mortuorum sive, ut putant, deorum. Spect. c. 13. p. 125.

21. Non sacrificamus, non parentamus, sed neque de [19] sacrificato et parentato edimus, quia *non possumus cenam dei edere et cenam daemoniorum*. Si ergo gulam et ventrem ab inquinamentis liberamus, quanto magis augustiora nostra, oculos et aures, ab idolothytis et necrothytis voluptatibus abstinemus, quae non intestinis transiguntur, [20] sed in ipso spiritu et anima digeruntur: quorum munditia magis ad deum

13) II. 675. *decurrerunt* Vind. — 14) I. 440. *inclamat* Laurent. Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. Rig. *clamat* Agob. (Hild.). — 15) I. 434. *sit* om. Agob. (Hild.). — 16) *alii faciunt* Rhen. I. in marg. Gelen. Pam. Rig. (Agob.). *alii fiunt* Laurent. Rhen. I. Gagn. — 17) I. 43. *ut* abest ap. Oehl. — 18) *quoniam* Agob. (Hild.). — 19) *sacrificio* Agob. (Hild.). — 20) *sed in — digeruntur* om. Agob.

pertinet, quam intestinorum. Spect. c. 13. p. 125.

23. Sic .. et apostolus: *Omnia*, inquit, *licent, sed non omnia* [21] *aedificant.* Cult. c. 10. p. 66.

Apostolus [22]exclamabat: *Omnia licent, sed non omnia* [23]*pro salute.* Cast. c. 8. p. 121.

23. *Omnia licere* dixit sanctissimus apostolus, *sed non omnia expedire.* Bapt. c. 17.

Quod *non prodest*, oro te, [24]bonum potest dici? Si licita sunt et quae *non pro salute,* ergo et quae non bona sunt licita sunt. Cast. c. 8 in.

24. *Nolite vestra* [25]*curare, sed alterius.* Cult. c. 2. p. 51.

25. .. cum fides libera in Christo ne Iudaicae quidem legi abstinentiam quorundam ciborum debeat, semel in totum *macellum* ab apostolo admissa, detestatore eorum qui sicut nubere prohibeant, ita iubeant cibis abstinere a deo conditis. [1 Tim. 4, 3.] Ieiun. c. 2. p. 392.

Permissio omnium obsoniorum adversus legem. Marc. V. c. 7. p. 403.

28. Si .. verbo nudo conditio polluitur, ut apostolus docet:

28. [26] *Si quis autem dixerit: Hoc idolothytum est,* [27] *non contigeris,* . . .

. . multo magis [28]cum habitu et ritu et apparatu *idolothytorum* contaminatur. Coron. c. 10 med.

32. Idem alibi iubet, omnibus placere curemus:

33. *Quemadmodum ego,* inquit, *omnibus per omnia placeo.* . . . .

. . Nimirum Saturnalia et Kalen-

21) I. 730. *expediunt* Agob. Rig. *aedificant* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 22) I. 748. *exclamat* Agob. Rig. — 23) *pro salute* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *prosunt* Agob. Rig. — 24) *potest bonum* Vind. al. — 25) I. 717. *tantum curare* Agob. Rig. — 26) I. 440. *si quis autem* Agob. Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. Rig. *si quis non* Laurent. — 27) *non* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *ne* Agob. Rig. — 28) *cum habitu* Laurent. Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *cum saltitaveris habitu* Agob. Rig.

das Ianuarias celebrans hominibus *placebat?* an modestia [29] et patientia, an gravitate, an humanitate, an integritate? Idol. c. 14. p. 166 sq.

Cap. XI.

3. *Caput viri Christus est.* Marc. V. c. 8. p. 404. (Coron. c. 14 in.).

Caput mulieris vir est. Virg. c. 7. p. 15.

Caput.. Christi deus. Prax. c. 14 ex.

3—15. Horum certe omnium contraria efficiunt, *ne vir caput velet:* scilicet quia non sit naturaliter consecutus ambitionem *capillorum,* quia *radi sive tonderi non sit turpe illi,* quia non propter illum *angeli* exorbitarint, quia *gloria et imago dei sit,* quia *caput eius Christus.* Itaque cum de *viro* et *muliere* apostolus tractet, cur *illam oporteat velari, illum vero non,* apparet cur et virginis silentium fecerit: eadem ratione scilicet virginem in [1] *muliere* intellegendam sinens, qua et puerum ut in *viro* deputandum non nominavit, totum ordinem utriusque sexus propriis vocabulis complexus, *mulieris* et *viri.* Virg. c. 8. p. 17.

Apostoli, qui de habitu orandi docent. Orat. c. 15. p. 14.

De habitu .. duntaxat feminarum varietas observationis [2] efficit post sanctissimum apostolum nos vel maxime nullius loci homines impudenter retractare. Orat. c. 20. p. 17.

Si legem nusquam reperio, sequitur ut traditio consuetudini

---

29) I. 91. *et patientia* om. Agob. — 1) I. 894. *muliere* Rhen. II. Rig. Leop. Oehl. *mulierem* Rhen. I. — 2) I. 573. *efficit* Agob. Rig. *effecit* Ambros. Murator.

morem hunc dederit, habiturum quandoque apostoli auctoritatem ex interpretatione rationis. Coron. c. 4. p. 342.

3. 4. Siquidem [3]*viri caput Christus est*, tam liberum quam et Christus, ne *velamento* quidem obnoxium, nedum obligamento. Coron. c. 14 in.

4. Proinde . . *Omnis vir*, inquit. Orat. c. 22. p. 19.

5. *Omnis*, inquit, *mulier adorans et prophetans intectò capite dedecorat caput suum*. Orat. c. 22. p. 19.

Omnis, inquit, *mulier*. Virg. c. 8. p. 17.

5. Hoc niti videntur, quod apostolus non virgines nominatim, sed *mulieres* designaverit *velandas* esse; nec sexum, ut diceret feminas, sed gradum sexus, dicendo *mulieres*. Orat. c. 21. p. 18.

Quid est *omnis mulier* nisi omnis aetatis, omnis ordinis, omnis conditionis? Nihil *mulieris* excipit dicendo *Omnis*, sicut [4]nec vir nec velandi. Orat. c. 22. p. 19.

Quod obnoxium est *velamento*, *caput feminae*, [5]iam hoc ipso occupatum non vacat etiam obligamento. Habet humilitatis suae sarcinam. Coron. c. 14 in.

Ubi . . gradum fiximus de apostoli absoluta definitione, *omnem mulierem* etiam omnis aetatis intellegendam, responderi ex diverso habebat, ergo a nativitate et a primo nomine aetatis virginem *operiri* oportere. Virg. c. 11. p. 21.

Opponitur . . nullam mentionem virginum ab apostolo factam, ubi de *velamine* praefinit. Virg. c. 4 in.

Mulieri etiam *prophetanti velamen* imponit. Marc. V. c. 8. p. 408.

---

3) I. 453. *caput viri* Agob. Rig. — 4) I. 575. *nec vir* Ambros. Murat *nec viri* Muratorius, Oehl. — 5) I. 454. *hoc ipso iam* Agob. Rig.

Deus *vos velari* iubet. Cult. c. 7. p. 59.

Alii de *mulierum velamento* . . disceptabant. Marc. I. c. 21. p. 38.

6. *Mulieri turpe est radi.* Orat. c. 22. p. 20.

Mulieri turpe est radi sive tonderi. Virg. c. 7. p. 15.

7. *Gloria viri est mulier.* Virg. c. 7. p. 15.

Subicit: *Vir enim non debet caput velare, cum sit dei imago.* Marc. V. c. 8. p. 404.

8. 9. Quia *ex viro* et *propter virum facta est* . . Marc. V. c. 8. p. 404.

Mulier ex viro et *propter virum.* Virg. c. 7. p. 15.

10. *Mulier potestatem super caput habere debebit . . . propter angelos.* Marc. V. c. 8. p. 404.

Mulier potestatem habere super caput debet . . . propter angelos. Virg. c. 7. p. 15.

10. Etsi *propter angelos* velanda est, sine dubio ab ea aetate lex velaminis operabitur, a qua potuerunt filiae hominum concupiscentiam sui adducere et nuptias pati. Ex illo enim virgo desinit, ex quo potest non esse. Virg. c. 11. p. 22.

Si . . *propter angelos,* scilicet quos legimus a deo et caelo excidisse ob concupiscentiam feminarum: quis praesumere potest, [6] tales *angelos* maculata iam corpora et humanae libidinis reliquias desiderasse, ut non ad virgines potius exarserint, quarum flos etiam humanam libidinem [7] excussat? Virg. c. 7. p. 15.

Quantum resoluti crines oc-

6) I. 893. *tales* Pam. Rig. *quales* Rhen. I. II. Golen. — 7) *excussat* Pam. *excusat* rel.

14. In velamine feminae: *Nec* [8]*natura vos*, inquit, *docet?* Coron. c. 6 in.

16. *Si quis*, inquit, *contentiosus est, nos talem consuetudinem non habemus neque ecclesia dei.* Virg. c. 8. p. 18.

Si quis contentiosus videtur, nos talem consuetudinem non habemus neque ecclésia domini. Pudic. c. 14. p. 402.

cupare possunt, tanta est velaminis regio, ut cervices quoque ambiantur. Ipsae enim sunt, quas subiectas esse oportet, *propter* quas *potestas supra caput haberi debet;* velamen iugum illarum est. Virg. c. 17. p. 32.

Propter angelos ait velari oportere, quod *angeli* propter filias hominum desciverunt a deo. Orat. c. 22. p. 19.

Nudo capite videri non debet *propter angelos.* Coron. c. 14 in.

14. 15. Dicit *naturam* ipsam *docere*, [9]feminas velandas esse, quae *capillum* pro *tegumento* et *ornamento mulieribus* assignarit. Orat. c. 22. p. 20.

Si.. et *naturae* praeiudicium adicit apostolus, quod *honor sit mulieris redundantia capillorum,* quia *coma pro operimento* est: utique hoc maxime virgini insigne est; [10]quarum et ornatus [11]ipse proprie sic est, ut [12]concumulata in verticem ipsam capitis arcem ambitu *crinium* contegat. Virg. c. 7. p. 16.

16. Ostendit *contentionem* aliquam de ista specie fuisse, ad quam extinguendam toto compendio usus est. Virg. c. 8. p. 18.

18. 19. Saepe iam ostendimus,

---

8) I. 428. *natura inquid* Agob. *natura nos inquit* Laurent. — 9) I. 575. *velandum feminis* Ambros. — 10) I. 894. *quarum* Rhen. II. Gelen. Pam. Rig. Gorz. *quare* Rhen. I. — 11) *ipsa* Rig. F. Ursin. — 12) *cumulata* Rig.

haereses apud apostolum inter mala ut malum poni et eos *probabiles intellegendos* qui *haereses* ut malum fugiant. Marc. V. c. 8. p. 404 sq.

[13] Si *dissensiones* et *schismata* increpat, quae sine dubio mala sunt, et in continenti *haereses* subiungit: quod malis [14] adiugat malum utique profitetur et quidem maius: cum [15] ideo *credidisse se* dicat de *schismatibus* et *dissensionibus*, quia [16] sciret *etiam haereses oportere esse.* Praescr. c. 5. p. 6.

19. Conditio praesentium temporum [17] etiam hanc [18] admonitionem provocat nostram, non oportere nos mirari super [19] *haereses* istas, sive quia sunt: futurae enim praenuntiabantur, sive quia fidem quorundam subvertunt: ad hoc enim sunt, ut fides habendo temptationem [20] haberet etiam *probationem.* Praescr. c. 1 in.

Apostolicarum literarum, quae nobis . . futuras *haereses* [21] praenuntiaverunt. Praescr. c. 4 in.

Ideo *haereses* quoque *oportebat esse, ut probabiles* quique *manifestarentur.* Praescr. c. 4 ex.

Ipsa (doctrina) est, quae futuras *haereses* . . [22] praenuntiabat. Praescr. c. 29 ex.

Unde firmius constat, has esse quae adhuc tunc nuntiabantur futurae. Praescr. c. 34 ex.

---

13) II. 7. *si* om. Agob. — 14) *adiugat* Fr. Iunius. *adiungat* Rhen. I. Gagn. Gelen. Rig. *adiungit* Pam. ex libro Clem. — 15) *idem* Rhen. I. — 16) *etiam sciret* Agob. (Hild.). — 17) II. 3. *fratres etiam* Gagn. Gelen. Fr. Iun. — 18) *ammon.* Rhen. I. Gagn. Gelen. — 19) *heresis* Agob. — 20) *habeat* Pam. ex libr. Clem. — 21) I. 6. *pronunt.* Agob. — 22) I. 26. *praenuntiavit* Gelen. Pam.

Haec est institutio, non dico iam quae futuras *haereses* praenuntiabat, sed de qua haereses prodierunt. Praescr. c. 36 ex.

19. *Oportebat enim haereses esse.* Praescr. c. 30. p. 36.

.. cum legam, *oportere haereses esse,* quae sine scripturis esse non [24] possent. Praescr. c. 39 ex.

Haereses esse oportuerat, ut probabiles quique [23] *manifestarentur.* Resurr. c. 63. p. 341.

Veritatis regula prior, quae etiam futuras *haereses* praenuntiavit. Hermog. c. 1 in.

Si in totum *haereses* non sunt ... mentietur apostolus, praedicator illorum. Valent. c. 5 ex.

.. cum *oporteat haereses esse.* Resurr. c. 40 in.

Atque utinam nullas *haereses oportuisset existere*, *ut probabiles* quique *emicarent.* Anim. c. 3 in.

23—25. *Panis* et *calicis* [25] sacramento iam in evangelio probavimus *corporis* et *sanguinis dominici* veritatem adversus phantasma Marcionis. (Marc. IV. c. 40. p. 358—360.) Marc. V. c. 8. p. 405.

27—34. Et omnem *iudicii* mentionem creatori competere ut deo iudici, toto paene opere tractatum est. Marc. V. c. 8. p. 405.

Cap. XII.

1. Nunc *de spiritalibus* dico. Marc. V. c. 8. p. 405.

4. Donativa, quae *charismata* dicimus. Marc. V. c. 8. p. 406.

8—10. *Alii,* inquit, *da-*

8—10. [1] Vides apostolum et in

23) II. 550. *manifestarentur* Gelen. Pam. Rig. *manifestentur* 3 Vatic. Rhen. I. Gagn. — 24) II. 37. *possent* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *possunt* Agob. Rig. — 25) II. 296. *sacramento* Pam. Rig. Oehl. *sacramentum* Rhen. I. *sacramenta* Seml. Leop. — 1) II. 297. *vide* ap. Oehl.

tur per spiritum sermo sapientiae ... alii sermo scientiae ... alii fides in eodem spiritu ... alii donum curationum, alii virtutum ... alii prophetia, alii distinctio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio linguarum. Marc. V. c. 8. p. 406 sq.

23. *Inhonestioribus maiorem circumdamus honorem.* Resurr. c. 9 ex.

distributione facienda *unius spiritus* et in [2]specialitate interpretanda prophetae (Ies. 11, 2) conspirantem. Marc. V. c. 8. p. 407.

12—30. Ipsum, qui *corporis* nostri per *multa* et diversa *membra unitatem charismatum* variorum compagini adaequavit, eundem et *corporis* humani et *spiritus* sancti dominum ostendit. Marc. V. c. 8. p. 407.

22. 23. Alia *membra fortia*, alia *infirma*; alia *honesta*, alia *inhonesta*. Marc. I. c. 16. p. 29.

27. Non *corpus Christi*, non *membra* Christi, non templum dei vocabatur, cum veniam moechiae consequebatur. Pudic. c. 6. p. 379.

Cap. XIII.

De *dilectione* .. omnibus charismatibus praeponenda. Marc. V. c. 8. p. 407.

2. *Omnia sacramenta cognoverat* (Paulus). Resurr. c. 23. p. 255.

2. 3. *Dilectio* summum fidei *sacramentum*, Christiani nominis thesaurus. Pat. c. 12. p. 97.

3. *Etsi corpus suum tradidisset*

2) *spiritalitate* Vatic.

4. 5. *Dilectio*, inquit, *magnaminis est . . . benefica est . . . non aemulatur . . . nec protervum sapit . . . non inflatur, non* [2]*protervit . . . nec sua requirit . . . nec incitatur.* Pat. c. 12. p. 97.

7. *Ideo*, inquit, *dilectio omnia sustinet, omnia tolerat.* Pat. c. 12. p. 97.

8. *Nunquam excidet: nam caetera evacuabuntur, consummabuntur; exhaurientur linguae, scientiae, prophetiae.* Pat. c. 12. p. 97.

11. *Quum parvulus*, inquit, *essem, tanquam parvulus loquebar,* [3]*tanquam parvulus sapiebam. At ubi vir sum factus, ea quae parvuli fuerant evacuavi.* Pudic. c. 1. p. 366.

12. Sicut et apostolus: *Nunc videmus tanquam per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem.* Prax. c. 14. p. 221.

13. *Permanent fides,*

(Praxeas sc.) *exurendum*, *nihil* [1]*profecisset*, *dilectionem* dei *non habens.* Prax. c. 1. p. 190.

11. Nemo proficiens erubescit. Habet et in Christo scientia aetates suas, per quas devolutus est et apostolus:

12. In imagine et *speculo* et *aenigmate.* Prax. c. 16. p. 229.

13. *Fides*, quam Christi pa-

1) II. 654. *perfecisset* Laurent. — 2) I. 609. *protervit* Gagn. Gelen. Pam. Fr. Iunius. *proterit* reliq. — 3) I. 793. *tanquam parvulus sapiebam* lib. Clem. Pam. Rig. [Omitt. Gagn. et Gelen.].

spes, dilectio. Pat. c. 12. p. 97. | tientia induxit; *spes*, quam [4]hominis patientia exspectat; *dilectio*, quam deo magistro patientia comitatur. Pat. c. 12 ex.

Cap. XIV.

1—33. Apostolus charismatum in *ecclesia* futurorum idoneus sponsor. Anim. c. 9. p. 226.

2. 25. . . propheticae gratiae et virtutis . . ut et futura praenuntiet et *occulta cordis revelet* et *sacramenta* edisserat. Marc. V. c. 15. p. 443.

5. .. si qua *linguae interpretatio* accessit. Marc. V. c. 8. p. 408.

20. *Repuerascere nos* et apostolus iubet secundum deum, ut *malitia infantes* per simplicitatem, ita demum sapientes *sensibus*. Valent. c. 2. p. 145.

21. 22. Quod [1]etsi *in lege scriptum esset*, commemorat *in aliis linguis et in aliis labiis locuturum* creatorem. Cum hac commemoratione charisma *linguarum* confirmat. Marc. V. c. 8. p. 407.

26. Edat aliquem *psalmum*, aliquam *visionem*, aliquam *orationem*, duntaxat spiritalem, in ecstasi. Marc. V. c. 8. p. 408.

A deo . . . ea deputabuntur quae ipsi gratiae comparabuntur, si qua honesta, sancta, prophetica, *revelatoria*, *aedificatoria*, [2]vocatoria. Anim. c. 47. p. 312.

33. *Pacis* gratissimae *deo*. Pat. c. 12 in.

---

4) I. 610. *homini patienti induxit* Rhen. I. — 1) II. 298. *ac st* Fr. Iunius. — 2) II. 632. *vocatoria* om. Agob.

34. Praescribens *silentium mulieribus in ecclesia*, ne quid [3]discendi duntaxat gratia *loquantur*. Marc. V. c. 8. p. 408.

34. 35. *Taceant*, inquit, *et domi maritos suos consulant*. Bapt. c. 18. p. 205.

Ex *lege* accipit *subiciendae feminae* auctoritatem. Ibid.

Non permittitur mulieri in ecclesia loqui. Virg. c. 9. p. 19.

Cap. XV.

3. Obmutescat, obmutescat ista blasphemia; sufficiat *Christum* filium dei *mortuum* dici, et hoc quia ita *scriptum* est. Nam et apostolus non sine onere pronuntians *Christum mortuum* [1]adiecit:

3. *Secundum scripturas*,

. . ut duritiam pronuntiationis *scripturarum* auctoritate molliret et scandalum auditori everteret. Prax. c. 29 in.

Filio . . . quem *mortuum* contestatur *secundum scripturas*. Prax. c. 15. p. 225.

3. 4. *Mortuus secundum scripturas et sepultus* [2]*secundum easdem*. Anim. c. 55. p. 324.

Filius . . et *moritur* et *resuscitatur* a patre *secundum scripturas*. Prax. c. 30. p. 266.

. . si *mortuum*, si *sepultum* audis *secundum scripturas* . . . aeque *resuscitatum*. Resurr. c. 48. p. 308.

3. 14. Mors Christi . . quam tam impresse apostolus demandat, utique veram, summum eam fundamentum evangelii consti-

3) II. 298. *discendi dunt. gratia* Gagn. Gelen. Pam. Rig. Gorz. *discendi dunt. gloria* Rhen. I. *docendi dunt. gloria* Rhen. I. in marg. — 1) II. 694. *adicit* 3 Vatic. — 2) II. 642. *secus* Agob. Rig.

3. 4. *Tradidi enim,* inquit, *vobis inprimis quod Christus mortuus sit pro peccatis nostris et quod sepultus sit et quod* [3] *resurrexerit tertia die.* Marc. III. c. 8. p. 138.

11. Et alibi: *Sive ego,* inquit, *sive illi sic praedicamus.* Marc. I. c. 20. p. 36.

Bene . . quod apostolis et fidei et disciplinae regulis convenit. *Sive enim ego,* inquit, *sive illi sic praedicamus.* Pudic. c. 19. p. 421.

tuens et salutis nostrae et *praedicationis suae*:

4. Falso *sepultum* ingessit (Paulus), falso *resuscitatum* inculcavit. Carn. c. 5. p. 351 sq.

8. . . quem *mortuum* contestatur . . . [4] et *a se novissime visum.* Prax. c. 16. p. 225.

12. *Mortuorum resurrectionem quomodo quidam* tunc *negarint,* prius dispiciendum est. Marc. V. c. 9. p. 409.

Nonnulli et de spe *resurrectionis* disceptabant. Marc. I. c. 21. p. 38.

Paulus in prima ad Corinthios notat *negatores . . . resurrectionis.* Praescr. c. 33. p. 41.

12—17. *Resurrectione Christi* infirmata *etiam nostra* subversa est . . . Nam sicut illi qui dicebant, *resurrectionem mortuorum non esse,* revincuntur ab apostolo ex *resurrectione Christi,* ita resurrectione Christi non consistente aufertur et *mortuorum resurrectio.*

---

3) II. 133. *resurrexerit* 2 Vatic. Pam. Rig. *resurrexit* reliq. — 4) II. 673. *et* Gagn. Gelen. Pam. Rig. *ut* reliq.

Atque ita *inanis est* [5] *et fides nostra, inanis* [6] *est praedicatio apostolorum. Inveniuntur autem etiam falsi testes dei, quod testimonium dixerint, quasi resuscitaverit Christum quem non resuscitavit.* Et *sumus adhuc in delictis. Et qui* —

18. *Et qui in Christo dormierunt, perierunt.* Marc. III. c. 8. p. 138 sq.

[7] Ut opinor, apostolus disposita ad Corinthios omni distinctione ecclesiasticae disciplinae summam et sui evangelii et fidei illorum in *dominicae* mortis et *resurrectionis* demandatione concluserat, ut et nostrae spei regulam inde deduceret, unde constaret. Itaque subicit:

12—18. *Si autem Christus praedicatur, quod a mortuis* [8]*resurrexerit, quomodo quidam dicunt in vobis, resurrectionem mortuorum non esse? Quae si non est, nec Christus resurrexit. Si* [9] *autem Christus non* [10] *resurrexit, inanis est praedicatio nostra,* [11]*vacua est et fides vestra. Inveniemur* [12] *enim falsi testes dei, qui testimonium* [13]*dixerimus, quod resuscitaverit Christum, quem non resuscitavit. Nam si mortui non re-*

---

5) II. 133. *et* om. Vatic. Pam. Rig. — 6) *est et* Pam. ex Vatic. *et* Fr. Iunius. — 7) II. 529. *opinor* Gelen. Pam. Rig. — 8) II. 529. *resurrexit* cod. Io. Clem. Pam. Rig. — 9) *autem* Pam. de cod. Io. Clem. Rig. — 10) *resurrexerit* Rhen. I. — 11) *vacua est et* (*et* om. Gagn.) *fides vestra* om. Rhen. I. Rig. Addidit de suis libris primum Gagneius. — 12) *autem* Pam. de cod. Io. Clem. — 13) *diximus* Rig. *diximus adversus deum* Pam. de cod. Clem.

surgunt, nec Christus resurrexit. Si Christus non resurrexit, vana est fides vestra, quia adhuc in delictis vestris estis. Et qui in Christo dormierunt, perierunt. Resurr. c. 48. p. 307.

21. *Quia per hominem mors et per hominem resurrectio.* Marc. V. c. 9. p. 410.

Quia per hominem, inquit, *mors et per hominem resurrectio,* . . . .

22. *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivifi-*

14. 17. 19. Falsa est igitur et *fides nostra* et phantasma [14] erit totum quod speramus a Christo. Carn. c. 5. p. 352.

19. *Miserrimi* revera, ut apostolus pronuntiavit, qui *in ista tantum vita sperantes* habebuntur. Resurr. c. 24. p. 257.

19—23. Ipsum . . quod cecidit in [15] morte, quod iacuit in sepultura, hoc [16] et *resurrexit,* non tam Christus in carne quam caro in Christo. Igitur si ad exemplum Christi resurgemus, qui *resurrexit* in carne, iam non ad exemplum Christi resurgemus, si non in carne et ipsi resurgemus: *quia* —

22. ut [17] separaret quidem auctores, *mortis Adam, Christum resurrectionis,* eiusdem autem constitueret substantiae resurrectionem, [18] cuius et mortem, per ipsorum auctorum in nomine hominis comparationem. Si enim, —

---

14) II. 433. *erit* Agob. Rig. *est* Montisp. reliq. — 15) II. 530. *mortem* Pam. ex 3 Vatic. et cod. Io. Clementis. — 16) *et* om. Gagn. Gelen. — 17) *separet* Rhen. I. Gagn. — 18) *cuius et mortem — — comparationem* in edd. Seml. et Leopoldi omissa sunt.

cabuntur, ...

. . carne *vivificabuntur in Christo, sicut in Adam* carne *moriuntur*.

23. *Unusquisque autem in suo ordine*, ...

. . scilicet quia et in suo corpore. *Ordo* enim [19] meritorum dispositorum nomine disponetur. Merita autem cum corpori quoque adscribantur, *ordo* quoque corporum disponatur necesse est, ut possit esse meritorum. Resurr. c. 48. p. 308.

22. *Sic in Christo vivificamur omnes, sicut mortificamur in Adam.* Marc. V. c. 9. p. 410.

24. 25. 28. Apostolus scribit de ultimo fine: *Cum tradiderit regnum deo et patri. Oportet enim eum regnare, usque dum ponat inimicos eius deus sub pedes ipsius . . . Cum autem subiecta erunt illi omnia . . . tunc et ipse subicietur illi qui ei subiecit omnia, ut sit deus omnia in omnibus*. . . . .

. . Videmus igitur, non obesse monarchiae filium, etsi hodie apud filium est, quia et in suo statu est apud filium et cum suo statu *restituetur patri a filio*: ita eam nemo hoc nomine destruet, [20] si filium admittat, cui et traditam eam a patre et *a quo* quandoque *restituendam patri* constat. Hoc uno capitulo epistulae apostolicae potuimus iam et *patrem* et *filium* ostendisse duos esse, praeterquam ex nominibus

---

19) *meritorum dispositorum nomine disponetur* cod. Pithoei. Rhen. I. Gagn. *meritorum dispositor horum nomine disponetur* emend. Rigaltius. *meritorum nomine disponetur* Gelen. *non aliud quam meritorum dispositor* Pam. Rig. de codd. 3 (?) Vaticanis. — 20) II. 658. *si filium* Gagn. Gelen. Pam. Rig. Emendavit ita primum Rhenanus. *filium* Rhen. I.

patris et filii, etiam ex eo quod *qui tradidit regnum* et *cui tradidit*, item *qui subiecit* [21] et *cui subiecit*, duo sint necesse est. Prax. c. 4. p. 195 sq.

25. *Donec ponat illi pater omnes inimicos sub pedibus suis.* Prax. c. 30. p. 267.

Dicit: *Oportet enim regnare eum, donec* [22]*ponat inimicos eius sub pedes eius.* Marc. V. c. 9. p. 411.

25. Cum *pater filio* suo *posuerit inimicos sub pedes.* Hermog. c. 11. p. 94.

26. Supra *novissimum inimicum mortem evacuari* ait. Resurr. c. 51. p. 316.

28. *Ei subiectus qui subiecerat illi omnia.* Marc. II. c. 4. p. 67.

Omnia subiecta sunt *illi a patre.* Prax. c. 17. p. 230.

29. *Quid*, ait, *facient qui pro mortuis baptizantur, si mortui non resurgunt?* Marc. V. c. 10. p. 414.

29. Si .. et *baptizantur* [23]quidam *pro mortuis*, videbimus an ratione ... [24]*Quid* et *ipsos baptizari* ait, [25]*si non* quae baptizantur corpora *resurgunt?* [26]Anima enim non lavatione, sed [27]responsione sancitur. Resurr. c. 48. p. 308 sq.

30—32. *Quid et nos*, inquit, *omnia hora periclitamur?* . . . *Quotidie morior*, ...

. . utique periculis carnis, per quam et *depugnavit ad bestias Ephesi*, illas scilicet bestias Asiaticae pressurae, de qua in secunda ad eosdem [2 Cor. 1, 8.]... Omnia haec, nisi fallor, eo enumerat, ut nolens vanam credi

21) *et cui subiecit* om. Rhen. I. — 22) II. 300. *ponam* Rhen. I. — 23) II. 530. *quidem* Rhen. I. Gagn. — 24) *qui et* Rhen. I. Gagn. — 25) *id est si* Rhen. I. Gagn. — 26) *animae* Rhen. I. Gagn. — 27) *purgatione* Gelen.

carnis conflictationem indubitate velit credi carnis resurrectionem. Vana enim habenda est conflictatio eius, cuius nulla erit resurrectio. Resurr. c. 48. p. 309.

32. . . cuius sit dicere adversus fidem resurrectionis: *Manducemus et bibamus, cras enim moriemur.* Resurr. c. 49 ex.

Adiciant . . dictum: *Manducemus et bibamus et nubamus, cras enim moriemur.* Monog. c. 16. p. 168.

Praedicatis: *Manducemus et bibamus, cras enim moriemur.* Ieiun. c. 17. p. 424.

32. Iam *ad bestias depugnaverat* Paulus *Ephesi*, cum interitum decernit incesto. Pudic. c. 22. p. 434.

33. *Bonos corrumpunt mores congressus mali.* Ux. I. c. 8 ex.

33. [28] Convictum atque commercia deo digna sectare, memor illius versiculi sanctificati per apostolum:

Bonos corrumpunt mores confabulationes malae, ...

Quis . . dubitet obliterari cottidie fidem commercio infideli? *Bonos* —

. . quanto magis [29] et [30] convictus et individuus usus? Ux. II. c. 3. p. 93.

35. *Sed dicet quis: Quomodo resurgent mortui, quo autem corpore venient?* Resurr. c. 48. p. 309.

35. Paulus in prima [31] ad Corinthios notat . . . dubitatores resurrectionis. Praescr. c. 33. p. 41.

Atque adeo recte hunc gradum figimus, ut et apostolus se-

28) I. 681. *convictum atque commercia* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *convictus atque colloquia* Agob. Rig. — 29) I. 688. *et* om. Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 30) *convictus* Agob. Gagn. Gelen. Rig. *coniunctus* 2 Vatic. Rhen. I. Pam. — 31) II. 31. *ad Cor. epistola notat* Pam. ex Vatic.

cundam disceptationem aeque de *corpore* induxerit:

Sed dicent quidam: *Quomodo mortui resurgent? quo autem corpore venient?* Marc. V. c. 10. p. 415 (bis).

35. 36. [32]Videamus iam nunc *quo corpore venturos mortuos* disputet. Et bene quod erupit statim ostendere, quasi quis eiusmodi quaerat:

36. *Stulte*, inquit, *tu quod seminas*, [33]*non vivificatur*, *nisi mortuum fuerit*. Resurr. c. 52. p. 317.

36. Fructus [34]consummantur et redeunt, certe semina non nisi corrupta et dissoluta fecundius surgunt, omnia pereundo servantur, omnia de interitu reformantur. Tu homo, tantum nomen, si [35]intellegas te vel de titulo Pythiae [36]discens, [37]dominus omnium morientium [38]et resurgentium, ad hoc *morieris* [39]ut pereas? Apol. c. 48. p. 117.

37. 38. Non .. et suggerit, quomodo: *Non quod futurum est corpus* [40]*seminatur*, dicens, *sed nudum granum si forte frumenti* [41]*aut alicuius eiusmodi: deus autem dat illi corpus prout vult.* Resurr. c. 52. p. 318.

37. 38. Nihil .. adversus regulam exempli licebit intellegi, [42]ne, quia sequitur: *Et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas*, idcirco aliud resurrecturum *corpus*, quam quod moriendo *seminatur*, existimes. Resurr. c. 52. p. 317.

37. 38. 44. Id ergo *granum seminis spiritalis* modicum et parvulum iactu, sed eruditu huius fides augetur atque provehitur. Valent. c. 29. p. 179.

---

32) II. 536. *videmus* Rhen. I. Gagn. — 33) *non* — — *fuerit* Gelen. Pam. Rig. *nonne* — — *fuerit?* Rhen. I. *numne* — — *fuerit?* Gagn. *num* — — *fuerit?* F. Ursin. — 34) I. 293. *consummantur* Paris. I. II. IV, Goth. Fuld. Gelen. Pam. Herald. Erfurt Oxon. *consumantur* Rhen. I. II. *consumuntur* Erlang. Rig. Haverc. — 35) *intelligis* Gelen. — 36) *discens* Paris. I. II. IV. Rhen. II. Pam. Herald. Rig. libri Pamelii. *dicens* Goth. Erlang. Rhen. I. Erfurt. *diceris* Gelen. *disces deum* Fuld. — 37) *dominum* Paris. IV. Rhen. I. *domus* Erlang. — 38) *resurgentiumve* Paris. IV. Rhen. I. II. — 39) *ut pereas? Resurgas.* Fuld. — 40) II. 536. *seminatur* Pam. Rig. *seminetur* reliq. — 41) *aut* Gelen. Pam. Rig. *vel* reliq. — 42) *ne* om. Rhen. I.

37—41. Proponit exempla *grani tritici vel alicuius eiusmodi* vel *quibus det corpus deus prout volet*, si *unicuique seminum proprium* ait esse *corpus*, [43] *ut aliam quidem carnem hominum*, *aliam vero pecudum et volucrum et corpora caelestia atque terrena* et *aliam gloriam solis et lunae aliam et stellarum aliam.* Marc. V. c. 10. p. 415.

38. . . quod *illi corpus* [44] *deus dederit.* Marc. V. c. 10. p. 420.

39—41. Ad hoc [46] dirigit: *Non omnis caro eadem caro*, non ad denegandam substantiae communionem, sed praerogativae peraequationem; corpus honoris, non generis in differentiam redigens. In hoc et figurata subicit exempla animalium et elementorum. *Alia caro hominis* i. e. servi dei, qui vere homo est, *alia iumenti*, i. e. ethnici ... *alia caro* [47] *volatilium* i. e. martyrum, qui ad superiora conantur, [48] *alia piscium* i. e. quibus aqua baptismatis sufficit. Sic et de *supercaelestibus corporibus* [49] argumenta committit. *Alia solis* [50] *gloria* i. e. Christi, *et alia lunae* i. e. ecclesiae, *et alia stellarum* i. e. seminis Abrahae. *Et stella enim a stella differt in gloria*, et *corpora terrena* et *caelestia*, [1] Iudaeus scilicet et Christianus. Caeterum si non figurate, satis vane mulorum et

40. 41. *Alia supercaelestium gloria*, *alia superterrenorum*, *et alia solis*, *alia lunae*, *alia stellarum.* Resurr. c. 49. p. 310.

41. *Quia et stella a stella differt in gloria.* Resurr. c. 49. p. 310.

[45] *Ideo et stella a stella differt in gloria.* Marc. V. c. 20. p. 469.

43) II. 303. *et* Pam. Rig. — 44) II. 306. *dei* Rhen. I. — 45) II. 335. *ideo et stella* Vatic. Pam. Rig. *ideo stella* reliq. — 46) II. 537. *dirigit* Gelen. Pam. Rig. *direxit* Rhen. I. Gagn. — 47) *volucrum* Pam. Rig. de cod. Io. Clementis. — 48) *alia autem* Pam. Rig. de cod. Io. Clem. — 49) *argumentari convenit* Rhen. I. — 50) *gloria* 3 Vatic. Rhen. I. Gagn. Pam. Rig. *claritas* Gelen. — 1) *Iudaeos scilicet et Christianos* Rhen. I.

milvorum [2]*carnes* et *corpora caelestium* luminum [3]apposuit *humanis*, non pertinentia ad conditionis comparationem, sicut nec ad resurrectionis consecutionem. Resurr. c. 52. p. 319.

41. Quomodo et *stella* [4]*a stella distabit in gloria*, nisi pro diversitate radiorum? Scorp. c. 6. p. 360.

42. 43. *Sic et resurrectio*, inquit ... *Seritur in corruptela*, [5]*resurgit in honestatem et virtutem*. Marc. V. c. 10. p. 416.

42—44. *Sic*, inquit, *et resurrectio mortuorum* ... *Seminatur in* [6]*corruptela, resurgit in incorruptela; seminatur in dedecoratione, resurgit in gloria; seminatur in infirmitate, resurgit in virtute; seminatur corpus animale, resurgit spiritale*. Resurr. c. 52. p. 320.

44. *Seritur* [7]*animale, resurgit spiritale*. Marc. V. c. 10. p. 416.

44. Erit et *corpus animale* cum *seminatur*, et *spiritale* cum *suscitatur*. Resurr. c. 53. p. 321.

Seminibus sequestratorium terra est, illic deponendis et inde repetendis. Ideoque et [8]reconsignat imprimens:

45. *Sic enim scriptum est*. Resurr. c. 52. p. 320.

Factus primus homo

45. Aeque de eiusdem scripturae auctoritate *factum* retexens *primum hominem Adam in ani-*

---

2) *carnis* ap. Seml. — 3) *opposuit* Gelen. Pam. — 4) I. 511. *ab* Agob. — 5) II. 304. *resurgit in honestatem et virtutem* Pam. Rig. *in honestatem*, *in virtutem* Rhen. I. Gagn. Gelen. — 6) II. 537. *in corruptela, res. in incorruptela* Gelen. Pam. *in* bis om. reliq. — 7) II. 304. *animale* Gelen. Pam. Rig. *anima* Rhen. I. Gagn. — 8) II. 537. *reconsignat* Gelen. Pam. Rig. *consignat* reliq.

Adam in animam vivam, novissimus Adam in spiritum vivificantem. Marc. V. c. 10. p. 416.

mam [9] *vivam.* Resurr. c. 53. p. 322.

Cum Christum *novissimum Adam* appellat, hinc eum [10] recognosce ad carnis, non ad animae resurrectionem omnibus doctrinae viribus operatum. Resurr. c. 53. p. 322.

Iesus ... A*dam novissimus*, etsi sermo primarius. Resurr. c. 51. p. 315.

Redi in *Adam* vel *priorem*, si in *novissimum* non potes. Semel gustavit ille de arbore, semel concupiit, semel pudenda protexit, semel deo erubuit, semel ruborem suum abscondit, semel de paradiso sanctitatis exulavit, semel exinde nupsit. Si in illo fuisti, habes tuam formam; si in Christum transisti, melior esse debebis. Monog. c. 17. p. 170.

... siquidem secundus *Adam* Christus. Carn. c. 22. p. 393.

45. 47. Virgo erat adhuc terra, nondum opere compressa, nondum sementi subacta; ex ea *hominem factum*, [11] *accipimus* a deo *in animam vivam.* Igitur si *primus Adam* [12] *de terra* traditur, merito sequens vel *novissimus Adam*, ut apostolus dixit, proinde de terra, id est carne [13] nondum generationi resignata, *in spiritum vivificantem* a deo est prolatus. Carn. c. 17. p. 382.

Primus et *novissimus* dicti sunt, sicut et rursus *primus homo*

---

9) II. 538. *vivam* 3 Vatic. Pam. *viventem* reliq. — 10) II. 539. *recognosse* Gagn. — 11) II. 454. *accepimus* Leid. Rig. — 12) *de terra* Pam. Rig. *terra* Rhen. I. *ita* Gagn. Gelen. Gorz. — 13) *nondum* Gagn. in marg. Gelen. Pam. Rig. *non* reliq.

46. *Non primo quod spiritale est, sed quod animale, dehinc quod spiritale.* Monog. c. 5. p. 142.

Apostolus: *Non primum quod spiritale* [14] *est, sed quod animale, postea spiritale.* Anim. c. 11. p. 232.

Non [15] *primum quod spiritale, sed quod animale, postea quod spiritale.* Resurr. c. 53. p. 323. 324.

Non primum quod spiritale. Marc. V. c. 10. p. 416.

47. *Primus,* inquit, *homo de humo terrenus, secundus dominus de caelo.* Marc. V. c. 10. p. 417.

Legimus plane: *Primus homo de terrae limo, secundus homo de caelo.* Carn. c. 8. p. 364.

Primus, inquit, *homo de terra choicus,* . . . *secundus homo de caelo,*

48. *Qualis* ergo *choicus, tales et choici, qualis caelestis, tales et caelestes.* Resurr. c. 10. p. 310.

Dicit Apostolus: *Qualis qui de terra* . . *tales et terreni* . . . *Qualis qui de caelo* . . *tales et qui de caelo.* Marc. V. c. 10. p. 417.

de terra et *secundus de caelo.* Resurr. c. 53. p. 323.

. . id est limaceus, id est Adam, . . id est sermo dei, id est Christus. Resurr. c. 49. p. 310.

14) II. 573. *est* om. Agob. — 15) II. 540. *prius* cod. Io. Clementis.

49. *Sicut portavimus imaginem choici, portemus etiam imaginem supercaelestis.* Resurr. c. 49. p. 311.

Ideo iam ad exhortationem spei caelestis: *Sicut portavimus,* inquit, *imaginem terreni, portemus et imaginem caelestis,* . . . .

49. *Portemus* enim, praeceptivo modo dicens, huic tempori loquitur, in quo homo nulla alia substantia est quam caro et anima. Resurr. c. 49. p. 311.

. . non ad substantiam ullam referens resurrectionis, sed ad praesentis temporis disciplinam. *Portemus* enim inquit, non *portabimus*, praeceptive, non promissive; volens [16] nos sicut ipse incessit ita incedere et *a terreni* i. e. veteris hominis *imagine* abscedere, quae est carnalis operatio. Marc. V. c. 10. p. 418.

50. *Caro .. et sanguis regnum dei haereditate possidere non possunt.* Scimus hoc quoque scriptum . . . Resurr. c. 48. p. 306. c. 50. p. 313. 314.

Adiungit: *Hoc enim dico . . . quod caro et sanguis regnum dei haereditate possidere non possunt.* Resurr. c. 49. p. 311.

Subiungit: *Hoc enim dico, fratres, quia caro et sanguis regnum dei non possidebunt.* Marc. V. c. 10. p. 418.

Recte apostolus: *Caro et sanguis regnum dei non*

50. Non . . resurrectio *carni* et *sanguini* directo [17] negatur, sed *dei regnum* quod obvenit resurrectioni. Resurr. c. 50. p. 313.

Aliud . . facta (caro) per demutationem tunc *consequetur dei regnum*, iam non *caro* nec *sanguis*, sed quod *illi corpus* [18] *deus dederit.* Marc. V. c. 10. p. 420.

Opera *carnis* et *sanguinis non posse consequi regnum dei* edixerat. Resurr. c. 51. p. 315.

16) II. 305. *non* Pam. Rig. — 17) II. 533. *denegatur* Gelen. Pam. — 18) II. 306. *dei* Rhen. I.

[19]*consequentur.* Marc. V. c. 10. p. 420.

Ostendit hac ratione [20]scripsisse: *Caro et sanguis regnum dei consequi non possunt.* Marc. V. c. 14. p. 436.

Nec corruptela, inquit, [21] *incorruptelam haereditati habebit.* Resurr. c. 51. p. 315.

51—53. Horum demutationem ad Corinthios [22]reddit dicens: *Omnes quidem resurgemus, non autem omnes demutabimur, in atomo, in momentaneo motu oculi, in novissima tuba . . . Et mortui,* inquit, [23]*resurgent et nos demutabimur . . . Oportet enim* [24] *corruptivum istud induere incorruptelam et mortale istud induere immortalitatem.* Resurr. c. 42. p. 291.

52. Hic [2 Cor. 5, 4] . . expressit quod in prima epistula strinxit: *Et mortui resurgent incorrupti . . . et nos mutabimur.* Marc. V. c. 12. p. 427.

Apostolus: *Et mortui,* inquit, *resurgent incorrupti.* Resurr. c. 57. p. 330.

In atomo, in mo-

51—53. Tunc . . . *demutati in atomo* in angelicam substantiam, scilicet per illud *incorruptelae superindumentum,* transferemur in caeleste regnum. Marc. III. c. 24. p. 179.

19) II. 306. *consequetur* Rhen. I. Gagn. Gelen. — 20) II. 316. *se scripsisse* ed. Leopoldi. — 21) II. 535. *in incorrupt.* Rhen. I. — 22) II. 520. *dedit* Pam. — 23) *resurgent primi, et nos immutabimur* (*demutabimur* Rig.) Gelen. Rig. *resurgent, nos demutabimur* Rhen. I. Gagn. — 24) *corruptivum* Leid. Vaticc. Pam. Rig. *corruptum* rel.

mentaneo oculi motu, in novissima tuba, et mortui resurgent incorrupti... et nos [25] *demutabimur.* Resurr. c. 51. p. 316.

Resurgent enim mortui incorrupti ... et nos mutabimur in atomo, in oculi momentaneo motu. Marc. V. c. 10. p. 419.

53. *Oportet enim corruptivum istud induere* [26] *incorruptionem et mortale istud induere immortalitatem.* Resurr. c. 51. p. 316.

Oportet enim corruptivum hoc — tenens utique carnem suam dicebat apostolus — *induere incorruptelam et mortale hoc immortalitatem.* Marc. V. c. 10. p. 419.

Ait: *Necesse est corruptivum istud induere incorruptelam et mortale istud immortalitatem.* Marc. V. c. 12. p. 428.

Scriptum .. *Oportet mortale hoc induere immortalitatem.* Resurr. c. 54. p. 325.

Oportet enim corruptivum istud induere incorruptelam et mortale istud induere immortalitatem. Resurr. c. 42. p. 291.

53. Ne putes [27] aliud sentire apostolum providentem tibi et ut de carne dictum intellegas laborantem, cum dicit *istud corruptivum et istud mortale*, cutem ipsam tenens dicit. Certe *istud* nisi de subiecto, nisi de comparenti pronuntiasse non potuit. Demonstrationis corporalis est verbum. Resurr. c. 51. p. 316.

Proponens, *oportere et corruptivum istud induere incorruptelam et mortale istud immortalitatem* ... Resurr. c. 57. p. 330.

Scriptum est quod *necesse sit mortale hoc induere immortalitatem.* Resurr. c. 54. p. 325.

Transituri in statum angelicum per *indumentum illud incorruptibilitatis*, per substantiae resuscitatae tamen demutationem. Resurr. c. 36. p. 281.

Cum devorari habeat *corruptivum istud ab incorruptibilitate ... et mortale istud ab immortalitate* ... Resurr. c. 50. p. 314.

Hanc [28] *incorruptibilitatem*

25) II. 535. *demutabimur* Pam. Rig. de coni. Pamelii. *demutamur* reliq. — 26) *incorrupt. et mortale istud* om. Rhen. I. Gagn. Gelen. Addidit de cod. I. Clem. primum Pamelius. — 27) *aliquid aliud* Pam. de cod. I. Clem. — 28) I. 723. *incorruptibilem* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam.

54. *Dum mortale istud* [33] *induit immortalitatem et corruptivum istud incorruptelam* ... Resurr. c. 60. p. 336.

55. *Ubi est, mors, aculeus tuus? ubi est, mors, contentio tua?* Resurr. c. 47. p. 305.

54. 55. *Devorata est mors*, dicens, *in* [34] *contentionem. Ubi est, mors, aculeus tuus? ubi est, mors*, [35] *contentio tua?*

56. *Aculeus autem mortis delinquentia ... virtus autem delinquentiae lex.* Resurr. c. 51. p. 316.

54. 55. Devoravit, inquit, *mors* invalescendo et ideo *devorata est in*

habemus [29] *superinduere* [30] ad novum hominem, [31] quam acacia pollicetur. Cult. c. 6. p. 58.

Nobis continentia ad [32] strumentum aeternitatis demonstrata est a domino salutis, ad testimonium fidei, ad commendationem carnis istius exhibendae superventuro *indumento incorruptibilitatis*, ad sustinendam novissime voluntatem dei. Ux. I. c. 7. p. 83.

54. 55. .. uti sicut *devoraverat mors* invalescendo, ita et *mortali* devorato ab *immortalitate* audire possit:

Paullo post ipsius *mortis* quodammodo mortem expressit:

Mors merito [36] in interitum *devoratur*, quia et ipsa in hoc devorat. Resurr. c. 54. p. 325.

Delictorum, quae .. abstulit .. virtus crucis, omnem *aculeum mortis* in dominici capitis tolerantia obtundens. Coron. c. 14. p. 361.

55—57. Nec alii *deo gratias* dicit, quod *nobis victoriam*, uti-

---

29) *superinduere* Rig. *semper induere* reliq. — 30) *ad novam domum* Rig. *ad novum dominum* Agob. *ad domum domini* reliq. lib. Pithoei et Divionens. Seml. Leop. *ad novam domini domum* Oehl. — 31) *quam* (*qua* Agob.) *monarchia* Agob. Rig. *quam ἀκακία* (*acacia* Rhen. I.) relig. cum lib. Pithoei et Divion. — 32) I. 679. *instrumentum* Agob. Rig. F. Ursinus. *strumentum* reliq. — 33) II. 547. *induet* Pam. Rig. — 34) II. 535. *contentione* 3 Vatic. Rhen. I. — 35) *contentio* Pam. Rig. de emend. Pamelii. *potentia* reliq. — 36) *in interitum* Gelen. Pam. Rig. *interitu* reliq.

contentionem. Ubi est, mors, aculeus tuus? ubi est mors, contentio tua? Resurr. c. 54. p. 325.

55. *Tunc fiet verbum, quod scriptum est . . . Ubi est, mors,* [37] *victoria tua* vel *contentio tua? Ubi est, mors, aculeus tuus?* Marc. V. c. 10. p. 420.

que de morte, *referre praestiterit,* quam illi a quo verbum insultatorium de *morte* et triumphatorium accepit. Marc. V. c. 10. p. 420.

56. Erat . . iam [38] mors, et *aculeus mortis delictum.* Marc. I. c. 22. p. 39.

58. *Stare immobiles* praecipit, utique nec fuga mobiles. Fug. c. 9. p. 187.

Cap. XVI.

16. 17. Quando Onesiphorus... aut [39] *Stephanus* hoc modo eis in persecutione succurrerunt? Fug. c. 12. p. 194.

22. Tali clausula maledicto detexta: *Si quis non amat dominum Iesum, sit anathema* [40] *maranatha.* Pudic. c. 14. p. 402.

3. Epistula secunda ad Corinthios.

Tertullian erwähnt diesen Brief in folgenden Stellen: Pudic. c. 13 in.: Suspicantur apostolum Paulum in *secunda ad Corinthios* eidem fornicatori veniam dedisse, quem in prima dedendum Satanae . . . pronuntiarit. — c. 14. p. 401:

37) II. 306. *vict. tua vel contentio tua* Vatic. Pam. Rig. *vict. vel contentio tua* Rhen. I. *victoria? Ubi cont. tua?* Gagn. ex Gorz — 38) II. 72. *et mors et* Pam. Rig. — 39) I. 486. *Stephana* Pamelius. — 40) *maranatha* om. Gagn. Gelen.

iuxta sensum *epistulae secundae* ... p. 400: Et his itaque discussis, quae intercesserant, regredior ad *secundam Corinthiorum.* — c. 16 in.: Necesse est.. usque illis apostolum ostendi, quem ego et in *secunda Corinthiorum* talem defendam, qualem in omnibus literis novi. — Resurr. c. 48. p. 309: Pressurae, de qua in *secunda* ad eosdem. — Ieiun. c. 8 ex.: Apostolus in *secunda Corinthiorum* ... ieiunia quoque plurima enumerat. — In seiner Polemik gegen Marcion bespricht er denselben Marc. V. c. 11. 12. p. 420—430.

Cap. I.

3. *Benedictus .. deus domini* [1]*nostri Iesu* [2]*Christi ... misericordiarum pater.* Marc. V. c. 11. p. 420 sq.

8. In secunda ad eosdem: *Nolumus enim vos ignorare, fratres, de pressura nostra apud Asiam, quod* [3]*super quam gravati sumus supra vires, uti de vita haesitaremus.* Resurr. c. 48. p. 309.

3. Si quid tale Marcionis deus edidit vel edixit, agnoscam *patrem misericordiarum.* Marc. V. c. 11. p. 421.

22. Nobis *arrhabonem spiritus* reliquit. [2 Cor. 5, 5.] Resurr. c. 51. p. 315.

Aeternum ... cuius [4]virtutis et potestatis suae hunc iam *arrhabonem* voluit *in nobis collocasse.* Hermog. c. 34. p. 128.

---

1) II. 306. *mei* Rhen. I. — 2) *Christi pater* Rig. F. Ursin. — 3) II. 531. *super quam supra gravati* Rhen. I. Gagn. Rig. *super quam grav.* Pam. de codd. Vatic. *supergravati* Gelen. — 4) II. 370. *virtutis et potestatis suae* Rig. ex emend. F. Ursini. *virtute et potestate sua* Fr. Iunius. *virtutes et potestates suas* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam.

Cap. II.

5. Quasi . . ipsum postea stilum verterit dicens: *Si quis autem contristavit, non me contristavit, sed ex parte, ne vos onerem omnes.* Pudic. c. 13. p. 396.

6. Apostoli dictum: *Sufficiat eiusmodi homini increpatio ista quae a multis.* Pudic. c. 14. p. 400.

6—11. *Satis est talis increpatio quae a multis fit, uti e contrario* [1] *magis vos donare et advocare, ne forte abundantiore tristitia devoretur eiusmodi. Propter quod oro vos, constituatis in eum dilectionem. In hoc enim et scripsi, uti cognoscam probationem vestram, quod in omnibus obauditis mihi. Si cui autem donaveritis, et ego. Nam et ego si* [2] *quid donavi, donavi in* [3] *persona Christi, ne fraudemur a Satana,* [4] *quoniam non ignoramus iniectiones eius.* Pudic. c. 13. p. 396.

6. Si pro certo apostolus Corinthio illi fornicationem donasset . . . Pudic. c. 17. p. 417.

6. 7. Inflato ignoscitur, sed increpito. Pudic. c. 14. p. 404.

6—10. Nonne melius suspicareris et fidelius argumentareris, aliquem potius longe alium apud Corinthios tunc in eadem caussa fuisse, ut increpitus et territus et moerore [5] iam saucius, propterea permittente modulo delicti, *veniam* postea [6] ceperit, quam ut eam incesto fornicatori interpretareris? Pudic. c. 14. p. 405.

7. Cum ad Corinthios eiusdem apostoli literae [7] iterant, *venia* fit plane, sed incertum cui, quia nec persona nec caussa proscribitur. Pudic. c. 14. p. 404.

7. 10. Revera . . [8] suspicantur apostolum Paulum in secunda ad Corinthios eidem fornicatori *veniam dedisse*, quem in prima dedendum Satanae in interitum carnis pronuntiarit. Pudic. c. 13. p. 396.

8. Quinimmo et [9] ultra obsecrat,

---

1) I. 817. *magis* libri omnes. *malitis* Oehl. — 2) *quod* Gagn. — 3) *persona Christi* lib. Clem. Pam. Rig. *Christo* Gagn. Gelen. — 4) *quoniam* lib. Clem. Pam. Rig. *quod* Gagn. Gelen. — 5) I. 824. *iam* om. Gagn. — 6) *coeperit* Gagn. — 7) I. 823. *iterant, venia fit plane* lib. Clem. Pam. *iterant, venia sit plane* Gagn. Gelen. *iterant veniam, sic* (*sit* Rig.) *plane* Rig. F. Ursinus. *iterantur, venia fit plane* Oehl. — 8) I. 817. *suspicatur* Gagn. — 9) I. 818. *ultro* Rig. F. Ursinus.

constituerent in eum dilectionem, quasi satisfaciens, non quasi ignoscens. Et tamen *dilectionem* audio, non communicationem. Pudic. c. 13. p. 398.

11. Idcirco *ignoscebatur, ne fraudaremur a Satana.* Pudic. c. 14. p. 405.

Cap. III.

3. Qui *literam tabulis lapideis inciderat* .. Marc. V. c. 11. p. 421.

[1]Quaeris .. dei [2]legem? Habes communem istam in publico mundi, *in* naturalibus [3]*tabulis*, ad quas et apostolus solet provocare. Coron. c. 6. p. 345.

6. *Litera occidit, spiritus vero vivificat.* Marc. V. c. 11. p. 421.

6. Sic et testamentum novum non alterius erit, quam qui illud repromisit: et si non *litera*, at eius *spiritus*, hoc erit novitas. Marc. V. c. 11. p. 421.

Scripsi, inquit, sed nihil dixi; lingua, non *litera occidit.* Idol. c. 23. p. 181.

6—8. Olim duplicem vim creatoris [4]vindicavimus et iudicis et boni, *litera occidentis* per legem et *spiritu vivificantis* per evangelium. Marc. V. c. 11. p. 422.

7—11. Commemorat et de velamine *Moysi*, quo *faciem* tegebat *incontemplabilem filiis Israel.* Si ideo, ut *claritatem* maiorem defenderet novi testamenti, *quod*

---

1) I. 428. *quaeris* Rig. Iunius. *quaeres* Agob. Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *quaerens* Laur. Magliab. — 2) *legem? habes* Rig. *legem habes* Agob. *legem, habens* Magliab. reliq. — 3) *talibus* Agob. — 4) I. 307. *vindicamus* al.

manet in gloria, quam veteris, quod *evacuari* habebat: hoc et meae convenit fidei praeponenti evangelium legi. Marc. V. c. 11. p. 422.

14. 15. Dicit: *Sed* [5]*obtunsi sunt sensus mundi. . . Ad hodiernum usque velamen id ipsum in corde eorum.* Marc. V. c. 11. p. 422.

13—15. [6] Figuram ostendit fuisse *velamen faciei in Moyse velaminis cordis* in populo, quia nec nunc apud illos perspiciatur *Moyses corde*, sicut nec *facie* tunc. Marc. V. c. 11. p. 422.

Iam *operta* et *velata* adhuc denotantur *corda* Iudaeorum. Ibid.

16. Quod sequitur: *Cum vero converterit ad deum, auferetur velamen* . . . Marc. V. c. 11. p. 423.

18. *Tanquam a domino*, inquit, *spirituum.* Marc. V. c. 11. p. 423.

18. Dicit . . *nos* iam *aperta facie*, utique cordis quod velatum est in Iudaeis, *contemplantes* Christum eadem *imagine transfigurari a gloria*, qua scilicet et Moyses transfigurabatur *a gloria* domini *in gloriam*. Marc. V. c. 11. p. 423.

Totum ordinem Moysi figuram ignorati apud Iudaeos, agniti vero apud nos Christi fuisse testatur. Ibid.

Cap. IV.

1. 2. *Propterea habentes ministrationem istam, secundum quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris.* Pudic. c. 15. p. 406.

---

5) II. 307. *obtunsi* Leid. Rhen. I. Gagn. *obtusi* rel. — 6) *figuram* Rig. Fr. Iunius. *figuratum* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam.

4. Scimus quosdam sensus ambiguitatem pati posse de sono pronuntiationis aut de modo distinctionis, cum duplicitas [1]earum intercedit. Hanc Marcion captavit sic legendo: *In quibus deus aevi huius*, ut creatorem ostendens *deum huius aevi* alium suggerat deum alterius aevi. Nos contra sic distinguendum dicimus:

4. *In quibus deus,* — dehinc *aevi huius excaecavit mentes infidelium.* Marc. V. c. 11. p. 423 sq.

3. 4. *In quibus*, Iudaeis *infidelibus*, *in quibus opertum est* aliquibus *evangelium* adhuc sub velamine Moysi.... Ita [2]etsi *huius aevi deus*, sed *infidelium huius aevi excaecat cor*, quod Christum eius non ultro recognoverint de scripturis intellegendum. Et positum in ambiguitate distinctionis hactenus tractasse, ne adversario prodesset, contentus [3]victoriae [4]nae ultro possum et in totum contentionem hanc praeterisse. Simpliciori responso prae manu [5]erit *huius aevi* dominum diabolum interpretari ... sicut et tota *huius aevi* superstitio illi mancipata est, qui *excaecet infidelium* corda. Marc. V. c. 11. p. 424.

Maiores tenebras habet mundus, quae hominum praecordia *excaecant.* Mart. c. 2 in.

Apostolus supra: *Qui est imago*, inquit, *dei.* Marc. V. c. 11. p. 425.

---

1) II. 308. *eorum* Fr. Iunius. — 2) *non huius* Pam. — 3) *victor sane ultro* Fr. Iunius. — 4) *nec ultra. Possum* Latinius. — 5) II. 309. *erit huius* Pam. Rig. *erit esse huius* 2 Vatic. Rhen. I. Gagn. Gelen. prob. Fr. Iunius. *erit, scil. huius* Latinius.

6. Non vidit occurrentem sibi clausulam sensus: *Quoniam deus, qui dixit ex tenebris lucem lucescere, reluxit in cordibus nostris ad illuminationem agnitionis suae in persona Christi.* Marc. V. c. 11. p. 424.

7. Apostolus: *In testaceis*, ait, *vasculis.* Resurr. c. 7. p. 224.

8—10. In superioribus: *Qui in omnibus tribulemur, sed non* [10] *coangustemur, et indigeamus, sed non perindigeamus;* [11] *quoniam persecutionibus agitemur, sed non derelinquamur; qui deiciamur, sed non pereamus, semper mortificatio-*

6. 7. [6] Cum .. de *lumine* quod *illuxerit deus in cordibus nostris ad illuminationem agnitionis gloriae suae in persona Christi*, dicit *habere nos thesaurum istum in testaceis vasis*, scilicet in carne, utrumne quia testacea est secundum originem, [7] in limo destruetur, an quia divini *thesauri* conditorium est, extolletur? Atquin si *lumen* ipsum [8] *dei* illud verum, quod est *in persona Christi*, vitam in se continet... Resurr. c. 44. p. 295 sq.

7. Quale est.. ut non eiusdem *habeatur thesaurus in fictilibus vasis* nostris, cuius et *vasa* sunt? Nam si gloria dei est *in fictilibus vasis* tantum *thesauri haberi, vasa* autem *fictilia* creatoris sunt: ergo et gloria creatoris est, cuius *vasa eminentiam virtutis dei* sapiunt, et *virtus* ipsa. Marc. V. c. 11. p. 425.

[9] Est .. et in *vascula* et in instrumenta sententiam figere, ut dominorum et auctorum meritis et ipsa communicent. Resurr. c. 16. p. 239.

7—10. Quodsi haec sunt *fictilia vasa*, in quibus tanta nos pati dicit, in quibus etiam *mortificationem circumferimus* [12] *domini*, satis ingratus deus et iniustus, si non et hanc substantiam [13] resuscitaturus est in qua pro fide

6) II. 523. *dum* Gelen. Pam. Rig. — 7) *scilicet ex limo* Gelen. Pam. — 8) *dei illud* Gagn. Gelen. Pam. de codd. Gagneii. *illud* reliq. — 9) II. 487. *est* 3 Vatic. Pam. Rig. *estne* reliq. — 10) I. 531. *in omnibus congustemur* Agob. — 11) *qui etiam persec.* Fr. Iunius. — 12) II. 310. *domini* Pam. Rig. *dei* rel. — 13) *resusc. est* Gagn. Gelen. Pam. Rig. Gorz. *resuscitaturus* Rhen. I.

nem [14] *Christi Iesu in corpore nostro circumferentes.* Scorp. c. 13. p. 384.

10. *Ut et vita Christi manifestetur in corpore nostro,* . . . .

10—14. Subicit: *Semper mortificationem Christi Iesu circumferentes in corpore nostro . . . ut et vita* [15] *Iesu*, inquit, *manifestetur .. in* [16] *corpore nostro . . . in carne . . mortali.* . . . .

Si enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Iesum, ut vita eius manifestetur in corpore nostro mortali... Et in clausula: *Scientes,* ait, *quod qui suscitavit Iesum, et nos suscitabit cum ipso* (quia iam [17] resurrexit a mortuis). Resurr. c. 44. p. 296 sq.

eius tanta tolerantur, in qua et *mors Christi circumfertur*, in qua et *eminentia virtutis* consecratur. Sed enim proponit:

. . scilicet sicut et *mors eius circumfertur in corpore.* Marc. V. c. 11. p. 426.

11. Ne . . quis argumentetur, nunc habere *manifestari vitam Iesu in corpore nostro* per disciplinam sanctitatis et patientiae et iustitiae et sapientiae, quibus domini vita floruerit, providentissima apostoli intentio ingerit:

11. 16. Quodsi de futura *vita* dicit Christi, *in corpore eam* dicens *apparituram*, manifeste *car-*

14) *Christi Iesu* Pam. Rig. *Christi* rel. — 15) II. 523. *Iesu* om. Rhen. I. Gagn. Gelen. Rig. Addidit Pam. ex cod. Io. Clem. — 16) *corpore nostro* Pam. ex cod. I. Clem. *corpore* rel. — 17) *resurrexerit* Rhen. I. Gagn.

nis resurrectionem praedicavit; *exteriorem* quidem *hominem nostrum corrumpi* dicens, et non quasi aeterno interitu post mortem, verum laboribus et incommodis, de quibus praemisit adiciens:

16. *Et non deficiemus*, . . nam et *interiorem hominem nostrum renovari de die in diem* dicens, hic utrumque demonstrat: et corporis *corruptionem* ex vexatione temptationum, et animi *renovationem* ex contemplatione promissionum. Marc. V. c. 11. p. 426.

16. Eadem (caro sc.).. ab eodem *homo* [18] *exterior* appellatur. Resurr. c. 16. p. 240.

16—18. Nactae .. haereses *duos homines* ab apostolo editos, *interiorem* id est animam, et *exteriorem* id est carnem, salutem quidem animae, id est *interiori homini*, exitium vero carni, id est *exteriori*, adiudicaverunt, quia scriptum sit Corinthiis:

16. *Nam etsi homo noster exterior corrumpitur, sed interior renovatur* [19] *de die et die* . . . . Porro nec anima per semetipsam homo, quae figmento iam [20] homini appellato postea inserta est, nec caro sine anima homo, quae post exilium animae cadaver inscribitur. Ita vocabulum [21] homo consertarum substantiarum duarum quodammodo [22] fibula est, sub quo vocabulo non possunt esse [23] nisi cohaerentes. Porro

18) *appellatur exterior* Rhen. I. Gagn. — 19) II. 517. *de* om. Rig. — 20) *homine* Rhen. I. Gagn. — 21) *homo* om. Gelen. — 22) *fabula* Rhen. I. — 23) *nisi* om. Rhen. I.

apostolus *interiorem hominem* non tam animam, quam mentem atque animum intellegi mavult, i. e. non substantiam ipsam, sed substantiae saporem . . . . Inspice nunc quomodo *exteriorem* quidem *hominem corrumpi* [24] allegarit, *interiorem vero renovari de die ac die.* Nec illam *corruptelam* carnis affirmes quam ex die mortis in perpetuum defectura patiatur, sed quam in istius vitae spatio ante mortem et usque ad mortem vexationibus et pressuris, tormentis atque suppliciis nominis caussa experietur. Nam et *homo interior* hic utique *renovari* habebit per suggestum spiritus, proficiens fide et disciplina [25] *de die ac die:* non illic, id est non post resurrectionem, ubi non utique [25] *de die ac die renovari* habemus, sed semel ad summam. De sequentibus disce:

17. 18. *Quod enim ad praesens est*, inquit, *temporale et leve pressurae nostrae* [26] *per supergressum aeternum gloriae pondus* [27] *perficiet nobis, non* [28] *intuentibus quae videntur* (id est passiones), *sed quae non videntur* (id est mercedes). *Quae enim videntur, temporalia sunt: quae vero non videntur, aeterna* [29] *sunt.* . .

. . *Pressuras* enim et laesuras,

24) *allegaret* Rhen. I. Gagn. — 25) *de die ac die* Pam. *de* om. rel. — 26) II. 518. *per sup. in sup.* Rig. *per sup.* Gelen. Pam. *supergressum insupergressum* Rhen. I. Gagn. — 27) *perficiet in nobis* Gelen. Pam. Rig. Leop. *perfici a nobis* Rhen. I. Gagn. — 28) *intuentibus* Rhen. I. in marg. Gelen. Pam. Rig. *ut tuentibus* Rhen. I. Gagn. — 29) *sunt* om. Rig.

quibus *corrumpitur homo exterior*, ut *leves* et *temporales*, idcirco contemnendas affirmat, praeferens mercedum *aeternarum invisibilium* et *gloriae pondus* in compensationem laborum, quos hic caro patiendo *corrumpitur*. Adeo non illa est *corruptio* quam in perpetuum carnis interitum ad resurrectionem expellendam *exteriori homini* adscribunt. Resurr. c. 40. p. 286—288.

16—18. *Sed etsi*, inquit, *exterior homo noster vitiatur* (caro scilicet vi persecutionum), *sed interior renovatur die et die* (anima scilicet spe promissionum). *Nam quod ad praesens temporale et leve pressurae nostrae* [30]*per supergressum in supergressum aeternum pondus gloriae perficiet nobis, non intuentibus quae videntur, sed quae non videntur. Quae enim videntur, temporalia* (de incommodis dicens), *quae vero non videntur, aeterna* (de [31]praemiis spondens). Scorp. c. 13. p. 384.

18. In sequentibus non ad *visibilia* nec ad *temporalia*, sed ad *invisibilia* et ad *aeterna*, i. e. non ad praesentia, sed ad futura exhortatur. Marc. V. c. 11. p. 426.

Cap. V.

1—3. *Scimus enim*, inquit, *quoniam, etsi terrena domus* [2]*nostra huius tabernaculi dissolvatur*,

1. *Terreni domicilii nostri*, — non sic ait *habere nos domum aeternam, non manu factam, in* [1]*caelis*, quia quae *manu facta* sit

30) I. 531. *per sup. in sup.* Agob. Rig. Latinius. *per sup. insuper per* reliq. — 31) *promissis* Agob. — 1) II. 310. *coelis* Pam. Rig. *coelo* rel. — 2) II. 519. *nostri huius tabern.* cod. Io. Clem. *nostra huius tabern.* Pam. Rig. *nostri tabern.* reliq.

habemus domum non manu factam aeternam in caelis. Resurr. c. 41. p. 289.

Divisionem . . facit apostolus cum subicit: *Nam et* [4]*in hoc ingemiscimus, domicilium nostrum quod de caelo est superindui desiderantes, siquidem* [5]*exuti non nudi inveniamur*, ...

creatoris intereat, in totum dissoluta post mortem. Marc. V. c. 12. p. 427.

Non tamen carnis restitutionem negavit, si compensationem mercedis opposuit, cum ipsi compensatio debeatur cui dissolutio [3]deputatur, scilicet carni. Sed quia *domum* dixerat carnem, eleganter voluit et in mercedis comparatione vocabulo *domus* uti, ipsi *domui*, quae dissolvetur per passionem, meliorem *domum* repromittens per resurrectionem. Resurr. c. 41. p. 290.

. . id est, ante volumus *superinduere* virtutem caelestem aeternitatis, quam carne *exuamur*: huius enim gratiae privilegium illos manet, qui ab adventu domini deprehendentur in carne, et propter duritias temporum antichristi merebuntur compendio mortis per demutationem expunctae concurrere cum resurgentibus. Resurr. c. 41. p. 290.

2. Erimus [6]iidem qui [7]nunc nec alii post... *superinduti* substantia propria aeternitatis. Apol. c. 48. p. 118.

2. 3. Subicit *ingemere nos* de

3) *deputatur* Pam. Rig. de cod. I. Clem. *reputatur* reliq. — 4) *in hoc ingemiscimus* Pam. Rig. de cod. Io. Clem. *hoc gemimus* reliq. — 5) *induti* Rig. ex emend. F. Ursini. — 6) I. 294. *iidem* Rhen. I. II. Gelen. Pam. Herald. Rig. *idem* Agob. (Baluz.). Goth. Erlang. — 7) *et nunc* Gelen.

isto tabernaculo corporis terreni; *quod de caelo est* [8] *superindui cupientes, siquidem et despoliati non* [9] *inveniamur nudi*, id est recipiemus quod *despoliati* sumus, id est corpus. Marc. V. c. 12. p. 427.

2—4. Hoc erit illud *domicilium de caelo quod gementes* in hac carne [10] *superindui desideramus*, utique super carnem in qua deprehendemur, quia *gravari nos* ait, *qui* [11] *simus in tabernaculo, quod nolimus exui, sed* potius *superindui, uti devoretur mortale a vita.* Resurr. c. 42. p. 291 sq.

3. *Siquidem exuti* [11a] *non nudi inveniamur*, ...

3. 4. Sic et cum infulcit: . . de eis scilicet qui non in vita nec in carne deprehendentur a die domini: non alias negavit *nudos* quos praedixit *exutos*, nisi quia [12] revestitos voluit intellegi eadem substantia qua fuerant *spoliati*. Ut *nudi* enim *invenientur*, carne deposita vel ex parte discissa sive detrita (et hoc enim nuditas potest dici); dehinc [13] recipient eam, ut redinduti [14] carnem fieri possint etiam *superinduti* immortalitatem. *Superindui* enim nisi vestito iam convenire non [15] poterit. Resurr. c. 42. p. 293.

4. Et rursus: *Etenim qui sumus in isto tabernaculo corporis, ingemi-*

4. Illuc habeo devertere, ubi . . . *superindui* [16] potius quam *despoliari*. Valent. c. 32. p. 183.

---

8) II. 310. *superinduere* Rhen. I. Gagn. Gelen. — 9) *inveniamur* Pam. *inveniemur* rel. — 10) II. 520. *superindui* Pam. de cod. Io. Clem. *superinduere* reliq. — 11) *sumus* 3 Vatic. Pam. Rig. — 11a) II. 521. *non nudi inveniamur* Pam. de cod. Io. Clem. *non inveniemur nudi* Rhen. I. Gagn. Gelen. Rig. — 12) *et rev.* Pam. de cod. Io. Clem. *revest.* reliq. — 13) *et recipient* Pam. cum cod. Io. Clem. — 14) *carne* Rhen. I. Gagn. — 15) *potest* Gagn. — 16) II. 418. *potuit* Rhen. I.

mus, quod gravemur, nolentes exui sed superindui. Marc. V. c. 12. p. 427.

Hic .. expressit quod in prima epistula strinxit: Et mortui resurgent incorrupti, qui iam obierunt, et nos mutabimur, qui in carne fuerimus deprehensi a deo. Et illi enim resurgent incorrupti, recepto scilicet corpore et quidem integro, ut ex hoc sint incorrupti, et hi propter temporis ultimum iam momentum et propter merita vexationum antichristi compendium mortis, [17]sed mutati, [18]consequentur, [19] *superinduti* magis quod de caelo est, quam [20]*exuti* corpus. Ita si hi *super* corpus *induent* caeleste illud, utique et mortui recipient corpus *super* quod et ipsi *induant* incorruptelam de caelo ... Illi induunt, cum receperint corpus; isti *superinduunt*, quia non amiserint corpus: et ideo non temere dixit:

Nolentes exui corpore, sed superindui, . . id est, nolentes mortem experiri, sed vita praeveniri, —

uti devoretur mortale hoc a vita, ... 5—8. dum eripitur morti per *superindumentum* demutationis. [21]Ideo quia ostendit hoc melius esse, ne contristemur mortis si forte praeventu, et *arrhabonem nos spiritus* dicit *a deo habere,* quasi pignoratos in eandem spem superindumenti, et *abesse a domino*, quamdiu in carne sumus, ac propterea debere *boni ducere, abesse potius a corpore* et *esse cum domino*, ut et mortem [22]libenter excipiamus. Marc. V. c. 12. p. 427 sq.

---

17) II. 311. *demutati* Latinius. — 18) *consequantur* Latin. — 19) *superindui* Rhen. I. — 20) *exui* Rhen. I. — 21) II. 311. *ideoque* P. Ciaccon. — 22) *libenter* om. Rhen. I.

Hunc iam *arrhabonem* voluit in nobis collocasse. Hermog. c. 34. p. 128.

Quemadmodum .. *nobis arrhabonem spiritus* reliquit, ita [23]et a nobis *arrhabonem* carnis accepit et vexit in caelum pignus totius summae, illuc quandoque redigendae. Resurr. c. 51. p. 315.

6. 7. Proinde cum dicit: *Itaque confisi semper et scientes quod, cum* [24]*immoramur in corpore,* [25]*peregrinamur a domino; per fidem enim incedimus, non per speciem,* . .

. . manifestum est, hoc quoque non pertinere ad offuscationem carnis quasi separantis nos *a domino.* [26]Et hic enim exhortatio fastidiendae vitae huius obvertitur, siquidem *peregrinamur a domino*, quamdiu vivimus: *per fidem incedentes, non per speciem,* id est spe, non re; et ideo subiungit:

8. [27]*Fidentes autem et bonum* [28]*ducentes magis peregrinari a corpore et immorari ad dominum,* .

. . scilicet ut *per speciem* magis *incedamus* quam *per fidem,* per rem potius quam per spem. Vides quam [29]et hic corporum contemptum ad martyriorum praestantiam referat. Nemo enim *peregrinatus a corpore* statim *immoratur penes dominum*, nisi ex martyrii praerogativa, [30]paradiso

23) II. 534. *et nobis* Seml. Leop. — 24) II. 522. *immoramur* Pam. Rig. de cod. Io. Clem. *immoremur* reliq. — 25) *peregrinamur* Pam. Rig. cod. Io. Clem. *peregrinemur* reliq. — 26) *Et hic enim — — peregr. a dom.* om. Rhen. I. Add. de suis libris primum Gagneius. — 27) *fidentes* 3 Vatic. Rhen. I. Gagn. Pam. Rig. cod. Io. Clem. *audentes* Gelen. — 28) *dicentes* Rhen. I. — 29) *hic et* Gelen. Pam. — 30) *scilicet paradiso* Rhen. I. Gagn.

scilicet, non inferis [31] deversurus. Defecerant autem apostolo verba ad significandum de corpore excessum? an ratione etiam nove loquitur? Temporalem enim absentiam a corpore volens significare, *peregrinari* [32] *nos ab eo* dixit, quoniam qui *peregrinatur*, etiam revertetur in domicilium. Exinde etiam ad omnes:

9. 10. [33] *Et ideo gestimus*, inquit, *sive peregrinantes sive immorantes*, [34] *placibiles deo esse. Omnes enim manifestari nos oportet* [35] *pro tribunali Christi* [36] *Iesu*. . . . . Si omnes, et totos: si [37] totos, et interiores et exteriores, id est tam animas quam et corpora.

Uti unusquisque, inquit, *reportet* [38] *quae per corpus secundum quae gessit, bonum sive malum*. . . Hoc iam quomodo legas, quaero. Quasi turbate enim per hyperbaton [39] struxit. Utrumne quae *per corpus reportanda* [40] erunt an quae *per corpus gesta* sunt? Sed et si quae *per corpus reportanda* sunt, corporalis indubitate resurrectio est: et si quae *per corpus gesta* sunt, *per corpus* utique pensanda sunt, per quod et *gesta* sunt. [41] Ita et totus hic a capite tractatus apostoli tali clausula detextus qua carnis resurrectio ostenditur, secundum haec erit

31) *divers.* Rhen. I. in marg. — 32) *se deo* Rhen. I. *nos ab eo* reliq.— 33) *et ideo* om. Rhen. I. Gagn. — 34) *placibiles illi esse* Pam. ex cod. Io. Clem. *placere illi* Gelen. — 35) *ante tribunal* Pam. ex Vaticanis. — 36) *Iesu* om. Gelen. Pam. — 37) *omnes* Rhen. I. Gagn. — 38) *quae per corpus* Rig. *praeterita corporis sui* cod. Io. Clem. *per corpus* reliq. — 39) *instruxit* Rhen. I. — 40) *sunt* Seml. Leop. — 41) *ita et* 3 Vatic. Pam. Rig. *ita* reliq.

intellegendus quae cum clausula consonant. Resurr. c. 43. p. 294 sq.

10. Atque adeo *omnes* ait *nos oportere manifestari ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque quae per corpus admisit, sive bonum sive malum.* Marc. V. c. 12. p. 428.

Non .. poterit quod *corpore admissum* est, non corpore [42] iudicari. Iniquus enim deus, si non per id punitur quis aut iuvatur per quod operatus est. Marc. V. c. 12. p. 428.

Licet .. officiis liberentur (membra sc.), sed iudiciis retinentur, ut [43] quis referat *per corpus* prout *gessit.* Resurr. c. 60. p. 336.

Quia ratio restitutionis destinatio iudicii [44] est, necessario idem ipse qui fuerat [45] exhibebitur, ut *boni seu contrarii* meriti iudicium a deo referat. Apol. c. 48. p. 116.

Tunc restituetur [46] omne humanum genus ad [47] expungendum quod in isto aevo *boni seu mali* meruit. Apol. c. 48. p. 118.

17. *Si qua ergo conditio nova in Christo, vetera transierunt, ecce nova facta sunt omnia.* Marc. V. c. 12. p. 429.

17. Quodsi *nova conditio* [48] *in Christo, nova* et sollemnia esse debebunt. Ieiun. c. 14. p. 417.

Nec ergo apud apostolum differentiae ratio, distinguentem *nova* et *vetera.* Ieiun. c. 14. p. 418.

42) II. 311. *vindicari* Latinius, prob. Fr. Iunius. — 43) II. 547. *quis* libri omnes. *quisque* Oehl. — 44) I. 292. *est, eo quod omnino de iudicio dei pati debent, necessario* Gelen. Pam. — 45) *exhibetur* Erlang. — 46) I. 294. *omnium hominum genus* Fuld. — 47) *persolvendum* Gelen. Gorz. — 48) I. 873. *in Christo, nova* Rig. F. Ursin. Fr. Iunius. *in Christo sepulti per perseverantiam nova* Gagn. *in Christo sepulti perseverant, iam nova* Gelen. Pam. *in Christo sepelit perseverantiam nova* Ios. Scaliger.

Cap. VI.

4—6. Eiusdem ... qui inter titulos laborum suorum post *angustias* atque *pressuras*, post *ieiunia* et *vigilias castimoniam* quoque praedicarit. Pudic. c. 15. p. 407.

14. *Quid luci cum tenebris?* quid vitae et morti? Spect. c. 26 ex.

14. Caeterum non competit eum de *communicatione* aliquid hic ostendisse, qui eam supra *luci* et *tenebris*, *iustitiae* et *iniquitati* negarat. Pudic. c. 15. p. 408.

Quomodo .. in semetipso veritatem spiritus fallacia carnis confundens, negatam ab apostolo *lucis* i. e. veritatis, et fallaciae i. e. *tenebrarum* commisit *communicationem?* Marc. III. c. 8. p. 137.

Caeterum ad haec nihil *communionis* est *lumini* et *tenebris*, vitae et morti. Idol. c. 13. p. 165.

14—16. An eiusdem sit recipere in communicationem reprobos quosque qui scribat: *Quae enim societas iustitiae et iniquitati? quae autem communicatio luci et tenebris? quae consonantia Christo et Belial? aut quae pars fideli cum infideli? aut quis consensus templo* [1] *dei et idolis?* Pudic. c. 15. p. 407.

15. *Quae communio* [2] *Christo et Beliae?* Coron. c. 10. p. 353.

15. Quod est *commercium* damnaturis cum damnandis? opinor, quod *Christo et Beliae.* Hab. c. 2. p. 38.

16. Non *templum dei* vocabatur .. Pudic. c. 6. p. 379.

14—16. Illo .. concorporato rursus ecclesiae, et *iustitia* cum *iniquitate sociatur* et *tenebrae* cum *luce communicant* et *Belial consonat Christo* et [3] *infidelis cum fideli* sacramenta *participat.* Et viderint *idola*, ipse *templi dei*

---

1) I. 825. *dei et* Pam. Rig. lib. Clementis. *et* Gagn. Gelen. — 2) I. 441. *Christo* Agob. Rig. *Christi* reliq. — 3) I. 825. *infidelitas* Gagn. Gelen.

[4]vitiator in templum dei convenit. Nam et hic:

16. 17. *Vos enim*, inquit, *estis templum dei vivi; dicit enim: Quia inhabitabo in vobis et inambulabo et* [5]*ero deus illorum et illi erunt mihi populus. Propter quod discedite de medio eorum, separamini et immundum ne attigeritis.* Pudic. c. 15. p. 407.

17. De fidelibus iam audisti per [6]Esaiam: *Excedite de medio eorum et separamini et immundum ne* [7]*tetigeritis.* Pudic. c. 18. p. 418.

Cap. VII.

1. Iubet ut *mundemus nos ab inquinamento carnis et sanguinis.* Marc. V. c. 12. p. 429.

Hoc quoque evolvis, o Apostole, ut cum maxime ipse tanto immunditiarum gurgiti [8]manum tradis, immo et adhuc [9]superdicis:

1. *Habentes igitur promissionem istam*, [10]*dilecti, emundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus*, [11]*perficientes castimoniam in* [12]*dei timore.* Pudic. c. 15. p. 407.

4) *vitiatur* Gagn. — 5) *ego* Rig. — 6) I. 832. *Esaiam* Latinius. *cassum* Gagn. Gelen. Pam. Rig. — 7) *attigeritis* Latinius. *egeritis* Gagn. Gelen. — 8) I. 825. *malum* Latin. — 9) *supra dicis* F. Ursinus. — 10) *dilecti* Pam. Rig. ex emend. Harrisii. *delicti* Gagn. Gelen. — 11) *perficientis* Gagn. Gelen. — 12) *fidei* Gagn. Gelen.

5. *Cum venissemus autem in Macedoniam, nullam remissionem habuit caro nostra.* . . . .

5. Atque adeo *carni* [13] ascribit *pressurarum* proprietatem, [14] ut et supra dicit:

. . Dehinc, ut [15] et animae daret compassionem:

In omnibus, inquit, *compressi; extrinsecus pugnae* (debellantes scilicet carnem), *intrinsecus timor* (afflictans scilicet animam). Resurr. c. 40. p. 289.

Cap. IX.

7. Cum . . scriptura . . mandet . . . sine nostra pressura operari domino . . . Ux. II. c. 5. p. 95.

Cap. XI.

2. *Virginem sanctam* destinat ecclesiam *adsignare Christo*, utique ut sponsam sponso. Marc. V. c. 12. p. 429.

13. *Pseudapostolis* dicit *operarios dolosos*, *transfiguratores sui*, per hypocrisin scilicet, conversationis non praedicationis adulteratae reos taxat. Marc. V. c. 12. p. 429.

Qui *pseudapostoli*, nisi adulteri evangelizatores? Praescr. c. 4. p. 5.

14. *Transfiguratur Sa-*

14. Et *ipse Satanas*, cum *in*

13) II. 518. *adscribitur ut* Rhen. I. *asscribit* Gagn. Gelen. Pam. Rig. ex emend. Rhenani. *adscripturus* Oehl. — 14) *ut et supra dicit* Seml. Leop. Oehl. *ut et supra dicat* Gagn. Gelen. Pam. Rig. de emend. Rhenani. *mutet supra dicit* Rhen. I. — 15) *et* om. Rig.

tanas in angelum lucis. Marc. V. c. 12. p. 429.

angelum lucis transfiguratur, qualitatem suam amittit? Non opinor. Resurr. c. 55. p. 328.

Edocti quod *ipse Satanas transfiguretur in angelum lucis.* Anim. c. 57. p. 332.

23. Corinthiis passiones suas enumerans patiendum utique praefinivit:

23—25. *In laboribus abundantius*, [16]*in carceribus plurimum, in mortibus saepius, a Iudaeis quinquies quadragenas citra unam accepi, ter virgis caesus, semel lapidatus* et reliqua. Scorp. c. 13. p. 383.

23—27. Puto autem, et apostolus in secunda Corinthiorum inter *labores* suos et *pericula* et *incommoda* post *famem ac sitim ieiunia* quoque *plurima* enumerat. Ieiun. c. 8 ex.

An .. et apostolus xerophagias norit, qui maiora celebraverat, *sitim et famem* et *multa ieiunia*? Ieiun. c. 9. p. 406.

Cap. XII.

2... propter quem (hominem sc.) in haec paupertina elementa de *tertio caelo* descendere laboravit. Marc. I. c. 14. p. 25.

De *caelo* quidem illo *tertio* videbimus, si et ad apostolum vestrum discutiendum pervenerimus. Marc. I. c. 15. p. 26.

2—4. Sed [1]etsi *in tertium usque caelum ereptus* Paulus [2]et *in paradisum* [3]*delatus audiit* quaedam illic: [4]non possunt videri [5]fuisse quae illum in aliam doctrinam instructiorem praestarent, cum [6]ita fuerit conditio eorum,

16) I. 531. *in carceribus plurimum* om. Agob. — 1) II. 23. *et in* Rhen. I. Gagn. — 2) *est in* Rhen. I. Gagn. — 3) *dilatus* Rhen. I. — 4) *quae non* Rhen. I. Gagn. — 5) *ea fuisse* Pam. ex libro Clem. — 6) *ista* Agob. (Hild.).

ut nulli hominum proderentur. Quodsi ad alicuius conscientiam [7] manavit nescio quid illud et hoc se aliqua haeresis sequi affirmat, aut Paulus secreti proditi reus est aut et alius postea *in paradisum ereptus* debet ostendi, cui *permissum* sit *eloqui* quae Paulo mutire non licuit. Praescr. c. 24. p. 28 sq.

2—4. Paulo, quem *paradisi* quoque compotem fecit ante martyrium. Scorp. c. 12. p. 379.

De *paradiso* suus stilus est ad omnem quam patitur quaestionem. Hic illud forte mirabor, si proprium potuit habere *paradisum* deus nullius terrae dispositionis, nisi si etiam *paradiso* creatoris precario usus est . . . Et tamen hominem *tollere ad caelum* creatoris exemplum est in Helia. Marc. V. c. 12. p. 429.

7. Et ipse *datum sibi* ait *sudem, angelum Satanae, a quo colaphizaretur, ne se extolleret.* Pudic. c. 13. p. 398.

Apostolus refert, *datum sibi sudem, angelum Satanae, ut* [8] *colaphizetur.* Fug. c. 2. p. 176.

7. 8. Magis . . mirabor, *dominum* optimum, percutiendi et saeviendi alienum, nec proprium saltem sed creatoris *angelum Satanae colaphizando* apostolo suo applicuisse et *ter ab eo obsecratum* non concessisse. Marc. V. c. 12. p. 429.

8. 9. Cum deprecatur dominum Paulus, quid audit? *Satis habe gratiam meam; virtus enim in infirmitate perficitur.* Pudic. c. 13. p. 399.

9. *Virtus in infirmitate perficitur.* Resurr. c. 9. p. 228. Marc. I. c. 29. p. 58.

9. . . ut *virtus in infirmitate comprobaretur.* Marc. V. c. 12. p. 430.

Sic et *virtus in infirmitate perficietur.* Resurr. c. 47. p. 305.

7) *emanavit* Agob. (Hild.). — 8) I. 467. *colafizaretur* Vaticani.

Sic magnitudinem in mediocritate *probari* docens, quemadmodum *virtutem in infirmitate* secundum apostolum. Marc. I. c. 14 in.

10. Rursus: *Propter quod*, inquit, *boni duco in infirmitatibus, in iniuriis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo.* Scorp. c. 13. p. 383.

21. In finem .. epistulae dicens: *Ne rursus cum venero, humiliet me deus et lugeam multos eorum qui ante deliquerunt et paenitentiam non egerunt super immunditia quam admiserunt, fornicatione et* [9]*vilitate*... Pudic. c. 15. p. 408.

Cap. XIII.

1. *In tribus testibus stabit omne verbum.* Praescr. c. 22. p. 26.

1. 2. 10. Quid et formam legis adhuc tenet Galatarum castigator, *in tribus testibus* praefiniens *staturum omne verbum?* Quid et *non parsurum se peccatoribus* comminatur lenissimi dei praedicator? Immo et ipsam durius agendi *in praesentia potestatem a domino datam sibi* affirmat. Marc. V. c. 12. p. 430.

10. Salva observatione nec *in destructionem* eius, sed *in aedificationem* potius. Coron. c. 2. p. 339.

9) I. 826. *utilitate* Gagn. Gelen.

4. Epistula ad Galatas.

Der Galaterbrief, der in dem Apostolus des Marcion die erste Stelle einnahm, wird auch von Tertullian in dem Vorworte zu seiner gegen den Letzteren gerichteten Erläuterung desselben (Marc. V. c. 2—4. p. 372—388) für den vornehmsten Brief wider den Iudaismus erklärt: Principalem adversus Iudaismum *epistulam* nos quoque confitemur quae *Galatas* docet. Ebenda fasst Tertullian dessen Tendenz in die Worte zusammen: Igitur tota intentio epistulae istius nihil aliud docet, quam legis decessionem, venientem de creatoris dispositione (p. 373), während er Praescr. c 33 den Hauptinhalt desselben in folgender Weise angibt: Ad *Galatas* scribens invehitur in observatores et defensores circumcisionis et legis. — Ausserdem erwähnt er den Brief noch ausdrücklich Marc. III. c. 5. p. 128. V. c. 2. p. 375. c. 10. p. 418. Prax. c. 28. p. 261. Virg. c. 6 in. Ieiun. c. 2. p. 392. Monog. c. 6 in. c. 14 in. Resurr. c. 23. p. 254. 255. c. 50 ex. Pudic. c. 17. in. Marc. IV. c. 3 in., an welcher letzteren Stelle er sagt: Sed enim Marcion nactus *epistulam Pauli ad Galatas* etiam ipsos apostolos suggillantis . . . connititur ad destruendum statum eorum evangeliorum quae propria et sub apostolorum nomine eduntur, vel etiam apostolicorum, ut scilicet fidem, quam illis adimit, suo conferat.

Cap. I.

1. Ipse *se* . . *apostolum* est professus et quidem *non ab hominibus nec per hominem, sed per Iesum Christum.* Marc. V. c. 1. p. 370.

Ad Galatas *non ab hominibus se apostolum* praefert *nec per hominem, sed per Iesum Christum et deum patrem.* Prax. c. 28. p. 261.

3. Non utique salutem prae-

6. Ipsum .. principium: *Miror, quod sic tam cito transferimini ab eo, qui* [1]*vos vocavit in gratia, ad aliud evangelium.* Praescr. c. 27.

Apparet quomodo scribat: *Miror vos tam cito transferri ab eo, qui vos vocavit in gratiam, ad aliud evangelium.* Marc. V. c. 2. p. 374.

7. Apostolus dicens: *Quod* [2]*aliud omnino non est.* Marc. V. c. 2. p. 374.

8. *Sed et si nos aut angelus de caelo aliter evangelizaverit.* Marc. V. c. 2. p. 375.

Subtexuit: *Licet angelus de caelo aliter evangelizaverit, anathema sit.* Marc. V. c. 2. p. 375.

Scribit: *Et si ange-*

scribit eis quibus scribit, sed *gratiam et pacem.* Marc. V. c. 5. p. 388.

• 6. Et si quosdam falsos fratres irrepsisse descripsit qui vellent Galatas *ad aliud evangelium transferre* ... Marc. I. c. 20. p. 36..

7. Adiciens *quod aliud evangelium omnino non esset.* Marc. V. c. 2. p. 374.

Si tam funditus deletum est (germanum scil. apostolorum instrumentum), ut cataclysmo quodam, ita inundatione falsariorum obliteratum, iam ergo nec Marcion habet verum. Marc. IV. c. 3. p. 190.

Et nostrum quod illi consonat, aeque apostolorum est, sed adulteratum de titulo quoque. Ibid.

Si qui *evangelium pervertebant* ... Marc. IV. c. 5. p. 194.

8. *Etiam si angelus* Marcion, citius *anathema* dicendus, quam evangelizator, quia *aliter evangelizavit.* Marc. IV. c. 4 ex.

Itaque *etiam si angelus de caelis aliter* [3]*evangelizaret, anathema* [4]diceretur a nobis. Praescr. c. 6 ex.

Dum [5]quaque ex parte *ana-*

1) II. 25. *suos* Agob. Rig. — 2) II. 278. *non aliud omnino non est* Rig. — 3) II. 8. *evangelizaverit* lib. Clementis. — 4) *dicetur* lib. Clem. — 5) I. 852. *quaqua* lib. Clem. Pam. Rig.

lus de caelo aliter evangelizaverit, citra quam nos, anathema sit. Praescr. c. 29 ex.

Apostolus respondebit . . . dicens: *Etiam si angelus de* [6]*caelis aliter evangelizaverit vobis, quam nos* [7]*evangelizavimus, anathema sit.* Carn. c. 6. p. 355.

Respondit . . *Etiam si angelus de* [8]*caelis aliter evangelizaverit vobis, quam nos, anathema sit.* Carn. c. 24. p. 395.

10. *Si hominibus*, inquit, [9]*vellem placere, servus Christi non essem.* Idol. c. 14. p. 166.

thema audiamus, qui *aliter adnuntiamus.* Ieiun. c. 1 ex.

11. 12. Apostolos domini habemus auctores, qui nec ipsi quicquam ex suo arbitrio, quod inducerent, elegerunt, sed *acceptam* a *Christo* disciplinam fideliter nationibus adsignaverunt. Praescr. c. 6. p. 8.

12. Eius dei apostolus . . quem *Christus revelaverat* . . . qui iam *revelatus* fuisset a Christo. Marc. V. c. 1. p. 372.

13. Et *in Iudaismo conversatus* [10]*fuerat* apostolus. Marc. V. c. 17. p. 451.

13. 23. Ipse se apostolum de *persecutore* profitetur . . . Demutatus in *praedicatorem* de persecutore . . Praescr. c. 23. p. 27.

1, 13—2, 14. Exinde decurrens

6) II. 436. *caelo* 3 Vatic. Pam. — 7) *evangelizaveris* Agob. — 8) II. 463. *caelo* 3 Vatic. Pam. Rig. — 9) I. 90. *velim* Agob. — 10) II. 324. *fuerat* om. Pam. Rig. Reposuerunt Latin. et Fr. Iunius.

ordinem *conversionis suae* de *persecutore* in *apostolum* .. Marc. V. c. 2. p. 375.

16. Apostolo .. qui post *revelatum in se filium dei ad evangelizandum eum in nationibus statim non retulerit ad carnem et sanguinem*, id est ad circumcisionem, id est ad Iudaismum, sicut ad Galatas scribit. Resurr. c. 50 ex.

18. *Dehinc*, sicut ipse enarrat, [11] *ascendit Hierosolymam cognoscendi Petri caussa.* Praescr. c. 23. p. 27.

Cap. II.

1. 2. Propterea *Hierosolymam ascendit* ad cognoscendos apostolos et consultandos, *ne forte in vacuum cucurrisset.* Marc. IV. c. 2. p. 188.

Denique ad patrocinium Petri caeterorumque apostolorum *ascendisse Hierosolymam post annos XIV* scribit, *ut conferret cum illis de evangelii* sui regula, *ne in vacuum* tot annis *cucurrisset aut curreret.* Marc. V. c. 3 in.

2. Ipso quoque apostolo, *ne in vacuum cucurrisset aut curreret,* suspecto. Marc. V. c. 3. p. 377.

Ab illo .. Paulo qui adhuc in gratia rudis, trepidans denique, *ne in vacuum cucurrisset aut curreret*, tunc primum cum antecessoribus apostolorum *conferebat.* Marc. I. c. 20. p. 35.

11) II. 22. *ascendit in Hierosolyma* Rig. *ascendi in Hierusolyma* Agob. (Baluz.). *ascendit Hierosolymam* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam.

2. 7 sqq. Deducitur ad fratres a fratribus, ut unus ex fratribus, [1] et ad illos ab illis, qui ab apostolis fidem induerant. Praescr. c. 23. p. 27.

3. Abstulit *circumcisionem*. Pudic. c. 17 ex.

3. 4. Praemittit: *Sed nec Titus, qui mecum erat, cum esset Graecus, coactus est circumcidi*, — dehinc subiungit: *Propter superinducticios falsos fratres* et reliqua. Marc. V. c. 3. p. 377.

3. 4. Cum *nec Titum* dicit *circumcisum*, iam incipit ostendere, solam circumcisionis quaestionem [2] ex defensione adhuc legis concussam ab eis quos propterea *falsos et* [3] *superinducticios fratres* appellat, non aliud statuere pergentes, quam perseverantiam legis . . . atque ita pervertentes evangelium, non interpolatione scripturae, qua Christum creatoris effingerent, sed retentione veteris disciplinae, ne legem creatoris excluderent. Marc. V. c. 3. p. 376.

Circumcidens Timotheum [Act. 16, 3] *propter* [4] *superinducticios falsos fratres*. Monog. c. 14 in.

4. 5. *Propter* [5] *superinducticios*, inquit, *falsos fratres, qui subintraverant ad speculandam libertatem nostram quam habemus in Christo, ut nos subigerent servituti, nec ad horam cessimus subiectioni*. Marc. V. c. 3. p. 377.

4. *Pseud*apostoli *irrepserant*. Marc. IV. c. 3. p. 189.

Quosdam *falsos fratres irrepsisse* descripsit. Marc. I. c. 20. p. 36.

4. 5. Si non *subintroissent falsi* illi *fratres ad speculandam libertatem eorum, cessissent subiectioni?* Non opinor. Ergo *cesserunt*, quia fuerunt propter quos [6] cederetur. Marc. V. c. 3. p. 377.

4—9. Frustrandi erant *falsi fratres*, *speculantes libertatem* Christianam, ne ante eam in *ser-*

1) II. 22. *et ad illos ab illis* Gelen. Pam. Rig. *ab illo et ab illis* Rhen. I. Gagn. — 2) II. 279. *ex defensione* Gagn. Gelen. Pam. Rig. Gorz. *et defensionem* reliq. — 3) *superductitios* Rhen. I. — 4) I. 784. *superductitios* Rhen. I. Gagn. — 5) II. 279. *falsos, inquit, superinductitios* (*superductitios* Rhen. I.) Rhen. I. Gagn. Gelen. — 6) *crederetur* ed. Oehleri.

vitutem abducerent Iudaismi, quam Paulus sciret se non in vacuum cucurrisse, quam *dexteras ei darent* antecessores, quam ex censu eorum *in nationes* praedicandi munus [7] subiret. Marc. V. c. 3. p. 378.

7. Devergente iam aetate oves Christi educaturum ut doctorem nationum. Marc. V. c. 1. p. 371.

9. Itaque et *dexteras ei dederunt*, signum concordiae et convenientiae, et inter se distributionem officii ordinaverunt, non separationem evangelii nec ut aliud alter, sed ut [8] aliis alter praedicarent: *Petrus in circumcisionem*, *Paulus in nationes.* Praescr. c. 23 ex.

Ipsum *Petrum* caeterosque, *columnas* apostolatus .. Marc. I. c. 20. p. 35.

Reprehensus est *Petrus* et *Ioannes* et *Iacobus*, *qui existimabantur columnae.* Marc. IV. c. 3. p. 189.

Ut cum auctoribus contulit et convenit de regula fidei, *dextras* miscuere et exinde officia praedicandi distinxerunt, *ut illi in Iudaeos*, *Paulus* in Iudaeos et *in nationes.* Marc. IV. c. 2. p. 188.

9. 10. *Dexteras Paulo dederunt Petrus* et *Iacobus* et *Ioannes* et de officii distributione pepigerunt, *ut Paulus in nationes, illi in circumcisionem, tantum ut meminissent egenorum.* Marc. V. c. 3. p. 378.

11. Et clarissimas feminas et

---

7) II. 280. *obiret* Latin. — 8) II. 22. *alii* Gagn. Gelen.

clarissimos viros Severus, sciens huius sectae esse, non modo non laesit, verum et testimonio exornavit et populo furenti *in* [9]*os* palam *restitit*. Scap. c. 4. p. 207 sq.

1) I. 533. *diligenter* Pam. *deligentur* Agob. — 2) II. 330. *significabant* Vatic. Pam. Rig. *significabunt* Rhen. I. Gagn. Gelen. Fr. Iunius. — 3) I. 457. *affectantem* Laurent. Rhen. I. — 4) II. 141. *allegorice* Rhen. I.

Bonum militem Christo imperatori suo praestat, qui tam *plene* ab apostolo *armatus* ... Fug. c. 10 in.

12. Et dominus quidem illum redemit ab angelis, *munditenentibus potestatibus*, a *spiritalibus nequitiae*, a *tenebris huius aevi.* Fug. c. 12. p. 192.

[5] Haec sunt *ingenia* de [6] *spiritalibus nequitiae*, cum quibus *luctatio est nobis*, fratres. Praescr. c. 39 in.

. . et ideo neque a *diabolo* immissa esse *spiritalia nequitiae.* Praescr. c. 40.

Quale est . . ut *diabolo* semper operante et adiciente cottidie ad *iniquitatis ingenia* opus dei aut cessaverit aut [7] proficere destiterit? Virg. c. 1. p. 2.

Christianos, qui *spiritalia nequitiae* non quidem socia conscientia, sed inimica scientia novimus. Anim. c. 57 in.

Et per istas *caligines* sequemur *nequitiam* et in lucem extrahemus *ingenia tenebrarum.* Marc. II. c. 20 in.

Scimus . . . figurate scorpios et colubros portendi *spiritalia malitiae.* Marc. IV. c. 24. p. 286.

Operatio eorum (daemonum) est hominis eversio; sic *malitia spiritalis* a primordio auspicata est in hominis exitium. Apol. c. 22. p. 62.

Luctati revera *non adversus carnem et sanguinem*, *sed adver-*

---

5) II. 36. *erant.* Agob. Rig. *haec sunt* reliq. — 6) *spiritibus* Gagn. in marg. — 7) I. 884. *perficere* Laurent.

sus spiritalia nequitiae. Fug. c. 1. p. 173.

Quibus *non est luctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus mundi* [8]*potestates, adversus spiritalia malitiae.* Ieiun. c. 17 ex.

Conculcavit iam inimicos, etiam nunc *luctari* habens *cum mundipotentibus.* Resurr. c. 22 ex.

Diabolum ... *munditenentem* appellant. Valent. c. 22.

12. 17. *Ensem* ... infestum diabolo, armantem nos *adversus* hostes *spiritales nequitiae.* Marc. III. c. 14. p. 151.

14—17. Nunc [9]russatus [10]sanguinis sui spe, *calceatus de evangelii paratura, succinctus* acutiore verbo dei, *totus* de apostolo *armatus* (v. 11. 13) et de martyrii [11]candida melius *coronatus* donativum Christi in carcere exspectat. Coron. c. 1. p. 338.

Habes communem magistrum Paulum, *praecingentem lumbos nostros veritate et lorica iustitiae et calceantem nos* [12]*praeparatione evangelii pacis*, non belli, *assumere iubentem scutum fidei, in quo* [13]*possimus omnia diaboli ignita tela exstinguere, et galeam salutaris et gladium spiritus,*

17. *quod est*, inquit, *dei sermo.* Marc. III. c. 14. p. 151 sq.

16. Haec erunt *ignea iacula*

---

8) I. 879. *potentes* Latinius. — 9) I. 417. *russatus* Gagn. Gelen. Pam. Rig. Latinius. *rufatus* Agob. Rhenanus. *rufatu* Laurent. Rhen. I. Magliab. — 10) *sanguine suo* Gagn. Gelen. Pam. — 11) *candida mel. coronandus* Rig. Ursinus. *candida mel. coronatus* Rhen. I. Magliab. Latinius. *candida, laurea mel. coronatus* Gagn. Gelen. Pam. Gorz. — 12) II. 141. *praeparationem* 2 Vatic. Pam. Rig. — 13) *possumus* Gelen. Pam.

diaboli, per quae *fidei* ustio et conflatio administratur, ex dei tamen voluntate. Fug. c. 3.

Arma quoque demonstrat, quae fugituris non essent necessaria, inter quae et *clypeum*, —

16. *clypeum, quo possitis tela diaboli exstinguere.* Fug. c. 9. p. 187.

Quid alieno uteris *clypeo*, si ab apostolo armatus es? Resurr. c. 3 med.

Operarius ille victoriae dei, retusis omnibus *iaculis* temptationum *lorica clypeoque* patientiae ... Pat. c. 14 ex.

18. De temporibus orationis nihil omnino praescriptum est nisi plane *omni in tempore* et loco *orare.* Orat. c. 23.

19. 20. Qui in *caetenis* iam constitutus ob libertatem praedicationis *constantiam manifestandi sacramenti in apertione oris,* quam ibi expostulare a deo mandabat, ecclesiae utique praestabat. Marc. V. c. 18 ex.

4. Epistula ad Philippenses.

Tertullian erwähnt diesen Brief Resurr. c. 23: .. de mercede, ad quam pendens et ipse (Paulus), cum *Philippensibus* scribit: Si qua, inquit ... c. 47: .. in caelum, ubi nostrum municipatum *Philippenses* quoque ab apostolo discunt. Scorp. c. 13: *Philippensibus* .. de vinculis scribens utique beatos adfirmavit ... Gegen Marcion aber polemisirend erläutert er denselben im Auszuge Marc. V. c. 20. p. 466—470.

Cap. I.

3—7. Illas (ecclesias) recognoscant, de quarum *fide* et scientia et conversatione apostolus gaudet et *deo gratias agit*. Praescr. c. 27.

7. Illos ... qui cum maxime de *vinculis* vel insulis, quibus ob confessionem ... nominis continebantur, ad ecclesias scribebant. Fug. c. 9 in.

14—17. *Praedicationis* enumerat varietatem, quod *alii* ex *fiducia vinculorum eius audentius sermonem enuntiarent*, *alii per invidiam et contentionem*, *quidam vero et per* [1]*boni existimationem*, plerique *ex dilectione*, *nonnulli ex aemulatione*, iam aliqui et ex *simultate Christum praedicarent*. Marc. V. c. 20 in.

18. *Nihil mea*, inquit, *sive caussatione sive veritate Christus annuntietur*, ... quia unus *annuntiabatur*, *sive ex caussatione sive ex veritate* fidei. Marc. c. 20 in.

20. *Ut*, quomodo ait apostolus, *magnificetur deus in corpore vestro*. Cult. c. 11.

23. *Cupio*, inquit apostolus, *recipi iam et esse cum* [2]*domino*. Pat. c. 9 ex.

23. *Cupidi* et ipsi iniquissimo *isto saeculo* [3]*eximi* et *recipi* [4]*ad dominum*, quod etiam apostolo votum fuit. Ux. I. c. 5 in.

Ipso apostolo festinante ad *dominum*. Cast. c. 12. p. 129.

.. resurrectionem [5]fide con-

---

1) II. 333. *boni existimationem* Fr. Iunius. *boni aestimationem* Latinius. *sermonis existimationem* libri omnes. — 2) I. 604. *Christo* 3 Vatic. Pam. Rig. — 3) I. 676. *excuti* 3 Vatic., prob. Fr. Iunius. — 4) *apud* Agob. (Hild.). — 5) II. 491. *fidei* Gelen.

secutos *cum domino esse.* Resurr. c. 19. p. 246.

Quod est aliud votum nostrum, quam quod et apostoli, [6] *exire de saeculo* et *recipi apud dominum?* [7] Hic voluptas, ubi et [8] votum. Spect. c. 28.

Bene [9] properatis *ad dominum*, bene festinatis *excedere de* [10] *isto* iniquissimo *saeculo.* Cult. c. 6 ex.

29. [11] Philippensibus . . de *vinculis* scribens [v. 7. 13] utique beatos adfirmavit, quibus *donatum esset, non tantum credere in* [12] *Christum, sed etiam* [13] *pati pro ipso*:

30. *Eundem*, inquit, *agonem habentes quem in me* [14] *vidistis et nunc auditis.* Scorp. c. 13. p. 384.

Cap. II.

4. *Nolite vestra* [1] *curare, sed alterius.* Cult. c. 2. p. 51.

6. *Qui in effigie dei constitutus non rapinam existimavit esse se aequalem deo.* Prax. c. 7 ex.

In effigie dei constitutus non rapinam existimavit [2] *pariari deo.* Resurr. c. 6 med.

---

6) I. 60. *exire de saeculo et* om. Agob. — 7) *hic* Rig. ex emend. Ursini. *haec* libri omnes. — 8) *vitium* Gagn. *votum iam* Fr. Iunius. — 9) I. 723. *festinatis* Agob. — 10) *isto* om. Agob. Rig. — 11) I. 531. *Philippensibus* Pam. *Thessalonicensibus* Agob. Gagn. Gelen. Rig. — 12) *Iesum* Agob. — 13) *pro ipso pati* Agob. Rig. — 14) *et vidistis* Agob. — 1) I. 717. *curare* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. Seml. *tantum curare* Agob. Rig. Leop. Oehl. — 2) II. 475. *pariari* Gagn. Gelen. Pam. Rig. ex emend. Rhenani, Seml. *parem esse* Rhen. I. in marg. Leop. Oehl. *par in* Rhen. I.

6. 7. Dicit quod *in effigie dei constitutus non rapinam existimavit pariari deo. Sed exhausit semetipsum accepta effigie servi . . . et in similitudine hominis . . . et figura inventus homo.* Marc. V. c. 20. p. 467 sq.

8. Propter eum (hominem) omni se humilitate deiecit *usque ad mortem, et mortem crucis.* Carn. c. 4. p. 349.

Adiecit: *Et mortem crucis.* Marc. V. c. 20 med.

Traditus est in mortem, mortem autem crucis. Fug. c. 12 in.

17. 18. *Nam etsi libor super sacrificium, gaudeo et congaudeo omnibus vobis, perinde et vos gaudete et congaudete mihi.* Scorp. c. 13. p. 384.

6. 7. Quodsi *in effigie* et *in imagine* qua filius [3] patris vere [4] dei praedicatus est, etiam *in effigie* et *imagine hominis* qua filius hominis vere *hominem inventum.* Nam et ‚*inventum*' ratione posuit, id est certissime *hominem;* quod enim invenitur, constat esse: sic et deus inventus est per virtutem, sicut homo per carnem. Marc. V. c. 20 med.

15. Haec sunt quae nos *luminaria mundi* faciunt, bona scilicet nostra. Cult. c. 13 in.

Nos . . sumus . . . *luminaria.* Coron. c. 9.

Et *lucere in mundo* Christianos oportebat ut *filios* lucis, lumen mundi unum et deum et dominum colentes et nominantes. Prax. c. 13 ex.

3) II. 334. *in patris* Rhen. I. — 4) *dei praedicatus est, etiam in effigie* Gelen. Pam. Rig. *dei praeiudicatus est: et iam ne effigie* Rhen. I. *dei praeiudicatus est:: etiam in effigie* Gagn. *deus, praeiudicatum est etiam in effigie* Oehl.

Cap. III.

2. Viderimus .. si secundum [1] arcae typum et corvus ... et *canis* ... in ecclesia erit. Idol. c. 24 ex.

3. *Nos sumus circumcisio* omnium [2] et spiritalis et carnalis; [3] nam *spiritu* et carne saecularia circumcidimus. Cult. c. 9 ex.

4. 5. 7. *Quae* .. retro *lucri duxerat*, — quae et supra numerat: gloriam *carnis*, notam *circumcisionis*, generis *Hebraei ex Hebraeo* censum, titulum *tribus Beniamin*, *Pharisaeae* candidae dignitatem — *haec* [4] modo *detrimento* sibi *deputat*. Marc. V. c. 20. p. 468 sq.

5. 6. Ex *tribu* .. *Beniamin* oriturum Paulum providebat ... prima aetate vastaturum pecora domini ut *persecutorem ecclesiarum*, dehinc ... devergente iam aetate oves Christi educaturum ut doctorem nationum. Marc. V. c. 1 med.

8. 9. Haec *ac si stercora existimat prae comparatione agnitionis Christi* ... *habens iustitiam non suam* iam *quae ex lege*, *sed quae per ipsum*, scilicet *Christum*, *ex deo*. Marc. V. c. 20. p. 469.

9. Dicit: *Non quae ex lege, sed quae per ipsum.* Marc. V. c. 20 ex.

11—14. Cum Philippensibus scribit: *Si* [5] *qua*, inquit, *concurram in* [6] *resuscitationem quae* [7] *est*

1) I. 107. *arcae typum* Rig. Latinius. *archetypum* Gagn. Gelen. Pam. — 2) I. 728. *et* om. Agob. Rig. — 3) *nam et in spiritu et in carne saeculo circumcidimur* Agob. Rig. — 4) II. 334. *nunc* Fr. Iunius. — 5) II. 497. *qua* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. Rig. cod. Io. Clem. Vatic. *quo modo inquit* 2 Vatic. — 6) *resuscitationem* Rhen. I. Gagn. *resurrectionem* Gelen. Pam. Rig. — 7) *est* om. Rhen. I. Gagn. Gelen. Addidit prim. Pamelius ex cod. Io. Clementis.

a mortuis, non quia iam accepi aut consummatus sum . . . Persequor autem si adprehendam, in quo sum adprehensus a Christo. Eo amplius: *Ego me, fratres, non puto adprehendisse; unum plane, oblitus posteriorum in priora me extendens secundum scopum persequor ad palmam incriminationis per quam concurrerem.* Resurr. c. 23. p. 255.

15. Dicit et apostolus: *Si quid ignoratis, deus vobis revelabit.* Coron. c. 4. p. 343.

Et si qua, inquit, *ignoratis, dominus vobis revelabit.* Ieiun. c. 10. p. 408.

19. *Deus enim illis,* ut ait apostolus, *venter est.* Ux. I. c. 9.

20. *Noster,* inquit, *municipatus in caelis.* Coron. c. 13. p. 359. Marc. V. c. 20 ex.

14. *Obliti posteriorum in priora porrigimur* secundum apostolum. Pudic. c. 6 in.

Quodsi apostolo auscultamus, *obliti posteriorum* [8] *extendamur in priora* et meliorum [9] *donationum* sectatores simus. Ux. I. c. 3 ex.

19. Aliquando et ipse *deus venter earum.* Virg. c. 14 in.

Deus enim *tibi venter est* et pulmo templum et aqualiculus altare et sacerdos cocus et sanctus spiritus nidor et condimenta charismata et ructus prophetia. Ieiun. c. 16 ex.

20. [10] *Brabium* [v. 14] angelicae substantiae *politia in caelis.* Mart. c. 3.

[11] *Πολίτευμα nostrum* i. e. *municipatum in caelis esse* pronuntians, alicui utique caelesti civitati eum deputat. Marc. III. c. 24. p. 178.

8) I. 673. *extendamur* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *et extendamur* Agob. Rig. *ostendamur* Leid. — 9) *donationum* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *donativorum* Agob. Rig. — 10) I. 10. *bravium* 3 Vatic. Rhen. I. — 11) II. 156. *politeuma* Rig.

Sic et virtus in infirmitate perficietur, quod [12]periit salvum faciens, quod mortuum est vivificans, quod percussum est sanans, quod languet medicans, quod ereptum est redimens, quod famulatum est liberans, quod seductum est revocans, quod elisum est suscitans: et quidem de terra in *caelum*, ubi *nostrum municipatum* Philippenses quoque ab apostolo discunt.

20. 21. *Unde et* [13]*salutificatorem nostrum exspectamus Iesum Christum, qui* [14]*transfigurabit corpus nostrae humilitatis* [15]*conformale corpori gloriae suae.* Resurr. c. 47. p. 305 sq.

21. [16] *Transfigurabit corpus humilitatis nostrae conformale corpori gloriae suae.* Marc. V. c. 20 ex.

Christus adveniens de caelis —

De quo exemplo instructus et Paulus: *Qui* [17]*transfigurabit*, inquit, *corpus humilitatis nostrae* [18]*conformale corpori gloriae suae.* Resurr. c. 55 ex.

Cap. IV.

3. Illius (Christi sc.) es, conscriptus *in libris vitae.* Coron. c. 13 in.

12) II. 529. *periit* Pam. Rig. ex emend. Pamelii. *perit* reliq. — 13) *salvificatorem* Gelen. — 14) *transfiguravit* Rhen. I. Gagn. Gelen. — 15) *conformatum* Gelen. — 16) II. 335. *transfiguravit* 2 Vatic. Rhen. I. — 17) II. 542. *transfigurabit* Pam. *transfiguravit* reliq. — 18) *conforme fieri corpori claritatis suae* Gelen. Pam.

5. *Probum vestrum coram hominibus appareat.* Cult. c. 13 in.

5. Scimus omnes, [1]cum tamen quid idem per apostolum dixerit recordemur:

18. Vos *odor* estis *suavitatis.* Mart. c. 2. p. 67.

7. Epistula ad Colossenses.

Ausserdem, dass Tertullian diesen Brief gegen Marcion (V. c. 19. p. 461—466) in der Kürze bespricht, nennt er ihn noch an folgenden Stellen, Praescr. c. 7: Scribens ad *Colossenses*, Videte ne quis ... Resurr. c. 23: Docet quidem apostolus *Colossensibus* scribens, mortuos fuisse nos ... Pudic. c. 17: Demonstrat et *Colossensibus*, quae membra mortificent ...

Cap. I.

5. 6. Apostolus dicens de spe reposita in caelis: *Quam audistis in sermone veritatis evangelii quod pervenit ad vos, sicut et in totum mundum.* Marc. V. c. 19 in.

15—17. *Primogenitus conditionis ... in illo condita sunt universa in caelis et in terris, visibilia et invisibilia, sive throni sive dominationes sive principatus sive potestates .... cuncta per illum et in illo sunt condita, ...*

15. *Invisibilis dei imaginem* ait *Christum.* Marc. V. c. 19 in.

Et alibi *Christum imaginem dei invisibilis* appellat. Marc. V. c. 20. p. 468.

.. haec .. Marcioni displicere

1) I. 732. *dum* Agob. Rig.

17. *Et ipse est ante omnes.*.

oportebat; non utique tam nude posuisset apostolus:

. . Quomodo enim *ante omnes*, si non ante omnia? Quomodo ante omnia, si non *primogenitus conditionis*, si non sermo creatoris? Marc. V. c. 19 in.

Primogenitus ut ante omnia genitus. Prax. c. 7 in.

Videbimus et apostolus cui auctori *invisibilia* deputet. Marc. I. c. 16 in.

Cur in hac sola specie uniformem eum capiunt, *visibilium* solummodo *conditorem*, quem proinde credendum sit et *visibilia* et *invisibilia condidisse*, quemadmodum et vitam et mortem, et mala et pacem? Marc. I. c. 16 ex.

16. . . uti *in ipso* secundum apostolum *omnia* [1] *conderentur*. Valent. c. 16.

18. Sicubi . . et *ecclesiam corpus Christi* dicit esse . . . Marc. V. c. 19. p. 464.

19. *Boni duxit omnem plenitudinem in semetipso habitare.* Marc. V. c. 19. p. 463.

16. (Conditis) *in Christo in caelis et in terris*,

16. 19. Quae est ista *plenitudo* nisi ex illis, quae Marcion detraxit, *conditis* —:

. . angelis et hominibus: nisi ex illis *invisibilibus* et *visibilibus*, nisi ex *thronis* et *dominationibus* et *principatibus* et *potestatibus?* Aut si haec pseudapostoli nostri et Iudaici evangelizatores de suo intulerint et ad *plenitudinem* dei sui Marcion, qui nihil *condidit*: caeterum quale est, ut *plenitudinem* creatoris aemulus et destru-

1) II. 403. *conderentur* 3 Vatic. Pam. Rig. *confoederentur* reliq.

ctor eius *in* suo *Christo habitare voluerit?* Marc. V. c. 19. p. 463.

Cui .. reconciliat *omnia* in semetipsum, pacem faciens per crucis suae sanguinem, nisi quem offenderant [2] *universa?* Ibid.

21. Docet quidem apostolus Colossensibus scribens, *mortuos* fuisse *nos* [Col. 2, 13] *aliquando, alienatos et inimicos sensu* domini, cum *in operibus pessimis* agebamus. Resurr. c. 23 in.

21. 22. Ita et *nos quondam alienatos et inimicos sensu in malis operibus* creatori *redigit in gratiam.* Marc. V. c. 19. p. 463.

Et supra *reconciliari nos* ait *in corpore eius per mortem.* Marc. V. c. 19. p. 464.

24. Ait *adimplere se reliqua pressurarum Christi in carne* —

24. *pro corpore eius, quod est ecclesia.* Marc. V. c. 19. p. 464.

Cap. II.

4. 8. Cum monet, cavendum a [3] *subtililoquentia* et *philosophia* [4] et *inani seductione*, quae [5] sit *secundum elementa mundi*, non secundum caelum aut terram dicens, sed *secundum literas saeculares* et *secundum traditionem*, scilicet *hominum subtililoquorum* et *philosophorum:* longum est quidem et alterius operis ostendere, [6] hac sententia omnes hae-

2) II. 331. *una (uni) ipsa* codd. — 3) II. 331. *subtili eloquentia* Vatic. — 4) *ut* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 5) *fit* Gelen. — 6) II. 332. *ac* Gelen. Pam.

reses damnari, quod omnes ex [7] *subtililoquentiae* viribus et *philosophiae* regulis constent. Sed Marcion principalem suae fidei terminum de Epicuri schola agnoscat, dominum inferens [8] hebetem, [9] ne timeri dicat eum; collocans et cum deo creatore materiam de porticu Stoicorum; negans carnis resurrectionem, de qua proinde nulla *philosophia* consentit. Cuius ingeniis tam longe abest veritas nostra, ut et iram dei excitare formidet et omnia illum ex nihilo protulisse confidat et carnem eandem restituturum repromittat et Christum ex vulva virginis natum non erubescat, ridentibus *philosophis* et haereticis et ethnicis ipsis.... Hac simplicitate veritatis, contraria [10] *subtililoquentiae* et *philosophiae*, nihil perversi possumus sapere. Marc. V. c. 19. p. 464 sq.

Nihil omnino cum *philosophis* super anima ... experiremur, patriarchis — ut ita dixerim — haereticorum; siquidem et ab apostolo iam tunc *philosophia* concussio veritatis providebatur. Anim. c. 3 in.

.. a quibus *nos* apostolus *refrenans* nominatim *philosophiam* [11] contestatur caveri oportere scribens ad Colossenses:

8. *Videte ne* [12] *quis* [13] *sit circumveniens vos per philosophiam et ina-*

7) *subtilis eloquentiae* Vatic. — 8) *nec hebetem* Rhen. I. — 9) *nec* Rhen. I. — 10) *subtili eloquentiae* Vatic. — 11) II. 9. *contestatur* Agob. Rig. *testatur* Gelen. Pam. *et inanem seductionem contestatur* reliq. — 12) *qui* Agob. (Baluz.). — 13) *sit circumveniens vos* Rhen. I. Gagn. Gelen. *vos circumveniat* lib. Clem. Pam. Rig.

nem seductionem secundum traditionem hominum,

. . . praeter providentiam spiritus sancti. Fuerat Athenis et istam sapientiam humanam, adfectatricem et interpolatricem veritatis, de congressibus noverat, ipsam quoque [14]in suas haereses multipartitam [15]varietate sectarum invicem repugnantium. Quid ergo Athenis et Hierosolymis? quid Academiae et ecclesiae? quid haereticis et Christianis? Nostra institutio de porticu [16]Salomonis est . . . Viderint qui Stoicum [17]et Platonicum et dialecticum [18]Christianismum protulerunt. Praescr. c. 7.

11. Hinc et apostolus *circumcisionem despoliationem carnis* appellans, tunicam cutem [19]adfirmavit. Resurr. c. 7 med.

12. *Consepultos Christo in baptismate* et *conresuscitatos* in eo *per fidem efficaciae dei, qui illum suscitarit a mortuis.*

13. *Et vos, cum mortui essetis* [20]*in delictis et* [21]*praeputiatione carnis vestrae, vivificavit cum eo, donatis vobis omnibus delictis.* Resurr. c. 23 in.

13. Docet . . apostolus . . . *mortuos fuisse nos.* Resurr. c. 23 in.

Nos deus cum Christo vivificat, donans delicta nobis. Marc. V. c. 19. p. 465.

14. Et solvit liberans hominem per lavacrum, [22]donato *chiro-*

---

14) *in haeresis multipartitas* Agob. *in suas haereses multipartitas* Rhen. I. 15) II. 10. *varietatis* Rhen. I. — 16) *Solomonis* Agob. — 17) *et Platonicum et dialecticum* om. Agob. — 18) *Christianismo* Rhen. I. — 19) II. 477. *confirmavit* Gelen. Pam. Rig. — 20) II. 496. *in* om. 3 Vatic. Rhen. I. Gagn. — 21) *praeputio* Gelen. — 22) I. 837. *donato ei* Gagn. Gelen. Pam.

grapho mortis. Pudic. c. 19. p. 425.

16. 17. Dicit: *Nemo vos iudicet in cibo et potu et in parte diei festi et neomeniae et sabbati, quae est umbra futurorum, corpus autem Christi.* Marc. V. c. 19. p. 465.

20. *Si cum Christo mortui estis ab elementis mundi, quomodo* [23] *quidam quasi viventes in mundo sententiam fertis?* Resurr. c. 23 in.

Quomodo, inquit, *etiam nunc velut viventes in mundo sententiam fertis?* Resurr. c. 46 ex.

18. 19. 21. Aliquos taxat qui ex visionibus angelicis dicebant, cibis abstinendum: *ne attigeris, ne gustaveris, volentes in humilitate sensus* incedere, *non tenentes caput.* Marc. V. c. 19 ex.

19. Hanc disciplinam,

22. *Secundum praecepta*, inquit, *et doctrinam hominum* . . . .

. . deputavit in eos qui *caput non tenerent*, i. e. [24] ipsum in quo omnia recensentur, in Christum ad initium revocata etiam indifferentia escarum. Marc. V. c. 19 ex.

Cap. III.

1. 2. *Si resurrexistis*, inquit, *cum Christo, ea quae sursum sunt quaerite, ubi est Christus in dextera dei residens. Ea quae sursum sunt sapite, non quae deorsum.* Resurr. c. 23 in.

1. Hic sedet *ad dexteram* patris. Prax. c. 30.

. . sedere *ad dexteram* patris. Praescr. c. 13.

Quis . . dominum tam intempestive, tam acerbe *excitavit* iam *ad dexteram dei?* Resurr. c. 22. p. 252.

. . cum illic adhuc [1] sedeat

23) II. 496. *quasi quidam* 3 Vatic. Pam. — 24) II. 333. *ipsum* Rig. Fr. Iunius. *in ipsum* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 1) II. 534. *sedet* legitur ap. Seml.

Iesus *ad dexteram* patris, homo etsi deus. Resurr. c. 51 in.

1. 2. Ita animo ostendit *resurgere*, quo solo adhuc possumus caelestia attingere. Quae non *quaereremus* nec *saperemus*, si possideremus. Resurr. c. 23 in.

3. Subicit etiam: *Mortui enim estis*, scilicet delictis, non [2]vobis, [3]*et vita vestra abscondita est cum Christo in deo*. . . . . . Nondum ergo adprehensa est quae *abscondita* est. Resurr. c. 23. p. 254.

5—4, 6. Caetera praeceptorum, ut eadem, satis sit iam alibi docuisse . . . Marc. V. c. 19 ex.

5. Quamvis et *idololatria* ab eodem apostolo dicta sit *cupiditas*. [Eph. 5, 5.] Idol. c. 11 in.

5. 8. Demonstrat et Colossensibus, quae *membra mortificent super terram*: *fornicationem*, *immunditiam*, *libidinem*, *concupiscentiam malam et turpiloquium*. Pudic. c. 17 ex.

9. 10. Iam tum docebat [4]*exponere veterem hominem et novum induere*. Marc. V. c. 19 ex.

10. Indignum . . ut *imago* dei vivi imago idoli et mortui [5]fiat. Coron. c. 10. p. 353.

16. Quisque provocatur in medium *deo canere*. [Eph. 5, 19.] Apol. c. 39 ex.

---

2) II. 496. *vobis* 2 Vatic. Pam. Rig. *nobis* reliq. — 3) *et* 2 Vatic. Pam. Rig. cod. Io. Clem. Oehl. *sed* Seml. Leop. reliq. — 4) II. 333. *exponere* Rhen. I. *deponere* reliq. — 5) I. 441. *fiat* Agob. Rig.

8. Epistula prima ad Thessalonicenses.

Bei Marcion folgten die beiden Thessalonicherbriefe auf den in seiner Sammlung an vierter Stelle befindlichen Römerbrief und standen somit an der Spitze der (6) kleineren Briefe des Paulus, deren Besprechung Tertullian Marc. V. c. 15 mit den Worten einleitet: *Brevioribus* quoque *epistulis* non pigebit intendere. Est sapor et in paucis. Den ersten Brief an die Thessalonicher, den er daselbst p. 440—444 durchgeht, erwähnt er ausdrücklich nur Resurr. c. 24 med.; er verweist aber auf ihn einigemal auch ohne Beifügung der unterscheidenden Zahl.

Cap. I.

[1]Quae haec tempora, cum Thessalonicensibus disce. Legimus enim:

9. 10. *Qualiter conversi sitis ab idolis ad serviendum vivo et vero deo* [2]*et ad exspectandum* [3]*e caelis filium eius, quem suscitavit ex mortuis, Iesum.* Resurr. c. 24 in.

Cap. II.

3. Thessalonicensibus scribit: *Advocatio enim nostra non ex seductione nec ex immunditia.* Pudic. c. 17 in.

15. *Occiderant* Iudaei *prophetas suos*.... Nec onerasset illos, imputando etiam *domini* necem:

---

1) II. 497. *quae haec* Gagn. Gelen. Pam. Rig. *quae* Rhen. I. *haec* Rhen. I. in marg. — 2) *et ad* Rhen. I. Gagn. Gelen. *ad et* Rig. *et* 3 Vatic. Pam. — 3) *e caelis* 3 Vatic. Pam. Rig. *a coelis* reliq.

15. *Qui et dominum interfecerunt*, dicendo, *et prophetas suos*, ...

. . licet *suos* adiectio sit haeretici. Quid enim tam acerbum, si alterius dei praedicatorem Christum *interemerunt*, qui sui dei *prophetas contrucidaverunt?* Status autem exaggerationis, quod et *dominum* et famulos eius *peremissent.* Marc. V. c. 15 in.

19. Et rursus: *Quae enim spes nostra vel gaudium vel exultationis corona,* [4]*quam et vos coram domino* [5]*nostro Iesu Christo in adventu ipsius?* Resurr. c. 24 in.

19 sq. Illas (ecclesias) de quarum fide et scientia et conversatione apostolus *gaudet* et deo gratias agit. Praescr. c. 27.

Cap. III.

5. Ne nos patiaris *induci*, ab eo utique *qui temptat.* Orat. c. 8.

13. Item: *Coram deo et patre nostro in* [6]*adventu domini nostri Iesu Christi cum universis sanctis eius.* Resurr. c. 24 in.

Cap. IV.

3. *Voluntas dei est sanctificatio nostra.* Cast. c. 1.

3—5. *Haec est voluntas dei, sanctimonia vestra, abstinere vos a for-*

4) II. 498. *quam et vos* Pam. Rig. *quam ut et vos* Gagn. Gelen. Oehl. *quam ut vos* Rhen. I. *qua et vos* Seml. — 5) *deo nostro* Rhen. I. Gagn. Gelen. *deo* om. 3 Vatic. Pam. Rig. — 6) II. 498. *adventu* 3 Vatic. Pam. Rig. *adventum* reliq.

nicatione, scire unumquemque vas suum possidere in sanctimonia et honore, non in libidine concupiscentiae, sicut nationes quae [7] *deum ignorant.* Pudic. c. 47 in.

3. 4. *Abstinere* enim inquit *a stupro*, non a matrimonio, *scire unumquemque suum vas in honore tractare.* . . . .

3—5. Quam . . *sanctitatem nostram voluntatem dei* dicat, ex contrariis, quae prohibet, agnosceres:

. . Quomodo? Dum *non in libidine* qua *gentes. Libido* autem nec apud *gentes* matrimonio adscribitur, sed extraordinariis et non naturalibus et [8] portentuosis. [9] *Sanctitas* luxuriae est, turpitudini et immunditiae contraria, quae non matrimonium excludat, sed *libidinem*, quae *vas nostrum in honore* matrimonii *tractet.* Marc. V. c. 15 in.

4. Etsi *vas* vocatur apud apostolum (caro sc.), *quam* iubet *in honore* [10] *tractari*, eadem tamen ab eodem homo [11] appellatur exterior: ille scilicet limus qui prior titulo hominis incisus est, non calicis aut gladii aut *vasculi* ullius. *Vas* enim capacitatis nomine dicta est, qua animam capit et continet; homo vero de communione naturae, quae eam non instrumentum in operationibus [12] praestat, sed ministerium. Resurr. c. 16. p. 240.

---

7) I. 830. *dominum* Gagn. — 8) II. 319. *portentuosis* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *portentosis* Rig. — 9) *sanct. luxuriae est, turpitudini quoque et imm. contraria* Rig. F. Ursinus. *lex uxoria est turp. qu. et imm. contr.* Latinius, prob. Iunius. *luxuria est turp. qu. et imm. non contr.* Vatic. Rhen. I. *luxuria est turp. qu. et imm. contr.* Gorz. reliq. *lex naturae luxuriae est, turp. qu. et imm. contr.* Oehl. — 10) II. 487. *tractare* Rhen. I. Gagn. — 11) *ext. app.* Gelen. Pam. Rig. — 12) *habet* Gelen.

11. 12. Item eundem praecepisse dicunt secundum suum exemplum, ut [13]*manibus* unusquisque *operetur* ad victum. Idol. c. 5 in.

13. Ne illa quidem impatientiae species excusatur in amissione nostrorum, ubi aliqua doloris patrocinatur [14]assertio. [15]Praeponendus est enim respectus denuntiationis apostoli, qui ait:

13. *Ne contristemini dormitione cuiusquam, sicut nationes quae spe carent.* Pat. c. 9 in.

De quorum (sanctorum sc.) *dormitione* minus [16]maerenda docens simul et tempora resurrectionis exponit, dicens:

14—17. *Si enim credimus quod Iesus mortuus sit et* [17]*resurrexerit, sic et deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum ipso. Hoc enim dicimus vobis in sermone* [18]*domini, quod nos, qui vivimus, qui remanemus in adventum domini nostri, non praeveniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu et in voce archangeli et tuba dei descendet de caelo et mortui in Christo primi resurgent. Deinde*

15. De eis dictum qui *in adventu* dei deprehensi in carne [19]demutari habebunt. Marc. V. c. 20 ex.

15—17. Ait eos *qui remaneant in* [20]*adventum Christi, cum eis qui mortui in Christo primi re-*

13) I. 72. *manibus suis* Agob. — 14) I. 603. *assertio* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *affectio* Rig. F. Ursinus. — 15) *praepon. est* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *proponendus est* Rig. *proponemus* F. Ursinus. — 16) II. 498. *miseranda* Gelen. — 17) *resurrexerit* 3 Vatic. Rhen. I. Pam. Rig. *resurrexit* Gagn. Gelen. — 18) *domini* 2 Vatic. Pam. Rig. *dei* reliq. — 19) II. 335. *demutari* Latinius, probarunt Iunius et Rigaltius. *deputari* codd. — 20) II. 319. *adventum* Vatic. Pam. Rig. *adventu* reliq.

nos qui vivimus, [21] *qui simul cum illis tollemur in nubibus obviam* [22] *domino in aërem et ita semper cum domino erimus.* Resurr. c. 24 in.

15—17. Thessalonicensibus scribit: *Hoc enim dicimus vobis in sermone domini, quod nos qui vivimus, qui remanemus in* [24] *adventum domini, non praeveniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus* [25] *in iussu et* [26] *in voce archangeli et in tuba dei descendet de caelo et mortui in Christo resurgent primi. Dehinc nos cum ipsis* [27] *simul rapiemur in nubibus obviam* [28] *domino in aëra et ita semper cum domino erimus.* Resurr. c. 41 ex.

surgent, quod *in nubibus auferentur in* [23] *aërem obviam domino.* Marc. V. c. 15 med.

16. Mortuus etiam tuba inquietabitur aeneatoris, qui *excitari a tuba angeli* exspectat? Coron. c. 11 in.

[29] Istud . . ad viduas non pertinebit: ad primam *angeli tubam* expeditae prosilient. Ux. I. c. 5.

Quid facient qui *primi resurgent?* Non habebunt de quo transfigurentur. Marc. V. c. 20 ex.

16. 17. Quod discrimen ethnicorum et Christianorum, si carcer mortuis idem? Quomodo ergo [30] anima exhalabit in caelum . . . nondum dei *iussu* per *tubam archangeli* audito, nondum illis, quos *domini adventus* in saeculo invenerit, *obviam ei* [31] *raptis in aërem cum his qui mortui in Christo primi resurgent?* Anim. c. 55 med.

21) *qui* om. Gelen. Pam. — 22) *domino* 2 Vatic. Pam. *Christo* reliq. — 23) *aërem* Vatic. Pam. Rig. *aëre* reliq. — 24) II. 519. *adventum* Oehl. *adventu* libri omnes. — 25) *in iussu et* om. Gelen. — 26) *in* (om. Rig.) *voce archangeli et in tuba* Gelen. Pam. Rig. *in voce angeli et* (*et* om. Gagn.) *tuba* Rhen. I. Gagn. — 27) *simul* om. Rhen. I. — 28) *domino in aëra* Pam. Rig. de cod. Io. Clementis. *Christo* reliq. — 29) I. 670. *istud* Agob. Rig. *tum* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. — 30) II. 642. *animam* Agob. Gagn. — 31) *raptis* Gelen. Pam. *ereptis* Agob. Gagn. Rig.

17. *Auferemur .. in* [32]*nubibus obviam domino* secundum apostolum . . . *et ita semper cum domino erimus.* Marc. III. c. 24. p. 181.

Cum illis, dicit, *simul rapiemur in nubibus obviam domino;* . . . . .

16. 17. Videbo an cum cerussa et purpurisso et croco et in illo ambitu capitis *resurgatis*, an taliter [33]expictas *angeli in* [34]*nubila sublevent obviam Christo* [35]*in aëre.* Cult. c. 7 ex.

. . si cum illis sublati, utique cum illis et transfigurati. Marc. V. c. 20 ex.

Cap. V.

Ideo maiestas spiritus sancti perspicax eiusmodi sensuum et in prima ad Thessalonicenses epistula suggerit:

1—3. *De temporibus autem et temporum spatiis, fratres, non est necessitas scribendi vobis. Ipsi enim certissime scitis quod dies domini quasi fur nocte ita adveniet. Cum dicent: Pax et tuta sunt omnia, tunc illis repentinus insistet interitus.* Resurr. c. 24 med.

14. *Infirmos* [1]*sustinere* iubet Paulus . . . [2]sicut *pusillanimes consolari.* Fug. c. 9 in.

15. Iuvenuit: *Malum pro malo nemo reddat.* Cast. c. 6 ex.

15. Absolute .. praecipitur *malum malo non rependendum.* Par factum par [3]habet meritum. Pat. c. 10 in.

---

32) II. 158. *nubibus* Pam. Rig. *nubes* Seml. Leop. Oehl. rel. — 33) I. 725. *expictas* Agob. Rig. *expictam* rel. — 34) *nebula* Rhen. I. — 35) *in aëre* add. Agob. Rig. — 1) I. 477. *sustineri* 3 Vatic. — 2) *sic et* legitur ap. Semlerum. — 3) I. 605. *habet et* F. Ursinus.

17. Plane benedici deum *omni* loco ac *tempore* condecet ob debitam semper memoriam beneficiorum eius ab omni homine. Orat. c. 3.

De temporibus *orationis* nihil omnino praescriptum est, nisi plane *omni in tempore* et loco *orare*. Orat. c. 23.

Cur non intellegamus salva plane indifferentia *semper* et ubique et *omni tempore* [4] *orandum?* Ieiun. c. 10 in.

19. 20. Quem *spiritum* prohibet *exstingui* et quas *prophetias* vetat [5] *nihili haberi?* Marc. V. c. 15 med.

21. Dixit alibi: *Omnia examinate, quod bonum est tenete.* Praescr. c. 4 ex.

21. Illud . . sit tibi et scriptura et natura et disciplina, quod ratum deo inveneris, sicut iuberis *omnia examinare et meliora quaeque sectari.* Virg. c. 16.

23. Apostolus omnes . . . in uno voto constituit salutis, optans ut *spiritus noster et corpus et anima sine querela in adventu domini et salutificatoris nostri Christi conserventur.* Nam et *animam* posuit et *corpus*, tam duas res quam diversas: licet enim et *animae corpus* sit aliquod suae qualitatis, sicut et *spiritus*: cum tamen et *corpus* et *anima* distincte nominantur, habet *anima* suum vocabulum proprium, non egens communi vocabulo *corporis*, id relinquitur carni quae non nominata proprio, communi utatur necesse est. Marc. V. c. 15 ex.

Age iam, quod ad Thessa-

---

4) I. 865. *orandi* Rig. F. Ursinus. — 5) II. 319. *nihili* Rig. Latin. F. Ursinus. *nihil* reliq.

lonicenses [6]ipsius solis radio putem scriptum, ita claret, qualiter accipient lucifugae isti scripturarum:

23. *Ipse autem deus pacis sanctificet vos totos.* Non sufficit? [7]Sed sequitur: *Et integrum corpus vestrum et anima et spiritus sine querela conserventur in praesentia domini.* . . . . Habes omnem substantiam hominis saluti destinatam nec alio tempore quam *in adventu domini*, qui clavis est resurrectionis. Resurr. c. 47 ex.

---

9. Epistula secunda ad Thessalonicenses.

Von Tertullian Marc. V. c. 16 erläutert und Resurr. c. 24 ausdrücklich erwähnt, sowie Pudic. c. 13. 18. Scorp. c. 13 ohne Hinzufügung der Zahl bezeichnet.

Cap. I.

Paulus . . apostolus . . . qualiter martyria iam et sibi optabilia commendat, cum [1]de Thessalonicensibus gaudens:

4. 5. *Uti*, inquit, *gloriemur in vobis in ecclesiis dei pro tolerantia vestra et fide in omnibus persecutionibus et pressuris quibus sustinetis: ostentamen iusti iudicii*

5—9. Dominum et hic retribu-

6) II. 529. *ut ipsius* Gelen. Pam. — 7) *sed* Rhen. I. in marg. Gagn. Gelen. Pam. Rig. cod. Hirsaug. *quod* Rhen. I. — 1) I. 530. *de* om. Rig.

dei, ut digni habeamini regno eius, pro quo et patimini. Scorp. c. 13 in.

torem utriusque meriti dicimus circumferri ab apostolo aut creatorem aut, quod nolit Marcion, parem creatoris, *apud quem iustum sit afflictatoribus nostris rependi afflictationem et nobis, qui afflictemur,* —

7. 8. *requietem in* [2]*revelatione domini Iesu venientis a caelo cum angelis virtutis suae et in flamma ignis.* . . . .

. . Sed *flammam* et *ignem* delendo haereticus extinxit, ne scilicet nostratem deum faceret. Lucet tamen vanitas liturae. Cum enim ad ultionem *venturum* scribat apostolus dominum, [3]exigendam de eis *qui deum ignorent et qui non obaudiant evangelio,* [4]quos ait *poenam luituros exitialem, aeternam a facie domini et a gloria valentiae eius:* sequitur ut *flammam ignis* inducat, scilicet veniens ad puniendum: ita et in hoc, nolente Marcione, creatoris dei [5]Christus et in illo creatoris est, quod etiam de *ignorantibus* dominum ulciscitur, id est de ethnicis. Seorsum enim posuit:

8. *Evangelio non obaudientes,* . . . .

. . sive Christianos peccatores sive Iudaeos. Marc. V. c. 16 in.

7—10. Inde *venturus* cum totius mundi motu, cum [6]horrore orbis, cum planctu omnium, [7]sed non Christianorum. Apol. c. 23. p. 67.

---

2) II. 321. *revelationem* 2 Vatic. — 3) *ad exigendam* Gelen. Pam. — 4) *poenam quos ait* Latinius. — 5) *Christus est, et* Rig. — 6) I. 215. *horrore orbis* Paris. IV. Rhen. I. II. Gelen. Pam. Herald. Rig. *orbis horrore* reliq. — 7) *si non* Paris. IV. Rhen. II. Gorz. Pam.

9. Ipsum, quod ait: *A facie domini et a gloria valentiae eius*, ...

. . verbis usus Esaiae, ex ipsa caussa eundem sapit dominum, consurgentem ut comminuat terram. Marc. V, c. 16. p. 445.

Cap. II.

Et in secunda pleniore sollicitudine ad eosdem:

1—7. *Obsecro* [1] *autem vos, fratres, per adventum domini nostri* [2] *Iesu Christi et congregationem nostram ad illum, ne cito commoveamini animo neque turbemini neque per spiritum neque per sermonem*, scilicet [3] pseudoprophetarum, *neque per epistulam*, scilicet [4] pseudapostolorum, *ac si per nostram, quasi insistat dies domini. Ne quis vos seducat ullo modo. Quoniam nisi veniat abscessio primo*, huius utique regni, *et reveletur delinquentiae homo*, i. e. antichristus, *filius perditionis, qui adversatur et superextollitur* [5] *in omne quod deus dicitur vel religio, uti sedeat in templo dei, adfirmans deum se. Nonne meministis quod, cum*

1) II. 498. *autem vos* Pam. Rig. de cod. Io. Clem. *vos* reliq. — 2) *Iesu Christi* om. Rhen. I. Gagn. Gelen. Addidit prim. Pamelius ex cod. Io. Clem. — 3) *pseudoapostolorum* Rhen. I. — 4) *pseudoprophetarum* Rhen. I. — 5) *in* om. Rhen. I.

apud vos essem, haec dicebam vobis? Et nunc [6] *quid teneat scitis ad revelandum eum in suo tempore. Iam enim arcanum iniquitatis agitatur, tantum qui nunc tenet teneat, donec de medio fiat.* . . . .

8—10. *Et tunc revelabitur iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui et evacuabit apparentia adventus sui. Cuius est adventus secundum operationem Satanae in omni virtute et signis atque portentis mendacii et in omni seductione iniustitiae eis qui pereunt.* Resurr. c. 24 ex.

3. 4. *Homo delicti, filius perditionis,* (quem revelari prius oportet ante domini adventum) *extollens se super omne quod deus dicitur et omnem religionem,* [8] *consessurus in templo dei et deum se iactaturus.* Marc. V. c. 16 med.

. . Quis? nisi Romanus status, cuius *abscessio* in decem reges dispersa [7] antichristum superducet:

2. Ecclesias, quas ipsi apostoli condiderunt, ipsi eis praedicando tam viva, quod aiunt, voce quam *per epistulas* postea. Praescr. c. 21.

4. 9. *Satanas* . . . etiam *deum se* [9] *adseveraturus signa*que *portentosiora* editurus. Anim. c. 57 med.

8—10. Secundum nos . . antichristus . . . Quale est, [10] ut [11] illi (Marcioni sc.) *Satanas*, angelus creatoris, sit necessarius et occidatur ab eo, habens *fallaciae*

---

6) *qui teneat* Rhen. I. Gagn. — 7) *antichristi* Rhen. I. — 8) II. 321. *consecuturus* Rhen. I. Gagn. Gelen., prob. Iunius. — 9) *adsev. in fine* Agob. Rig. *ads. insigne* Gagn. — 10) II. 322. *ut* om. Gelen. Pam. — 11) *illis* Rhen. I. Iunius.

operatione fungi creatori? Marc. V. c. 16 med.

9. 10. Quid .. de caeteris ingeniis vel etiam viribus *fallaciae* spiritalis edisseram? Apol. c. 22 ex.

9. Quaero, cur veniat *in omni virtute et signis et ostentis mendacii*? *Propterea* —

10—12. *Propterea*, inquit, *quod dilectionem veritatis non susceperint, ut salvi essent, et propter hoc* [12] *erit eis* [13] *instinctum fallaciae, ut iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.* Marc. V. c. 16 med.

9—12. *Deus* ... eum *mittit* ad impingendos eos in errorem *qui non crediderunt veritati, ut salvi fierent* ... [14] ex summissu *erroris* ulciscitur ... cui et competit zelus ipse, *errore* decipere quos *veritate* non cepit. Marc. V. c. 16. p. 447.

9—14. Iudubitatum est, eius esse et angelum et *veritatem* et *salutem*, cuius et ira et aemulatio et *fallaciae* immissio adversus contemptores et desultores, etiam adversus ignorantes .... Cui competit vindicta, ei [15] competet et materia vindictae, *evangelium* dico, et *veritas* et *salus.* Marc. V. c. 16 ex.

Cap. III.

6. Si .. et *ab otiose incedente fratre denunciat subduci* Thessalonicensibus, quanto magis et a fornicatore? Pudic. c. 18 med.

12) II. 322. *dabit* Latinius. — 13) *in structum* Rhenanus. — 14) *ex summissu* Pam. Rig. *ea summissu* Rhen. I. Gagn. Gelen. *eas summissu* Oehl. — 15) *competit* Rhen. I. Gagn. Gelen.

14. 15. Ad Thessalonicenses: *Si quis autem non obaudit sermoni nostro per epistulam, hunc notate nec commisceamini illi, ut revereatur, non quasi inimicum deputantes, sed quasi fratrem obiurgantes.* Pudic. c. 13. p. 398.

10. Iubere .. *operari eum qui velit manducare*, eius disciplina est, qui bovi trituranti os liberum iussit. Marc. V. c. 16 ex.

10. Epistula prima ad Timotheum.

Aus Marc. V. c. 21 ist zu ersehen, dass von den vier Privatbriefen des Paulus, an deren Spitze der obengenannte von jeher gestanden, die drei ersten die Anerkennung Marcion's nicht gefunden hatten: ‚Miror .. cum ad unum hominem (Philemonem sc.) literas factas receperit, quod ad *Timotheum* duas et unam ad *Titum*, de ecclesiastico statu compositas, recusaverit. Affectavit, opinor, etiam numerum epistularum interpolare'. Den ersten Brief an Timotheus erwähnt Tertullian sonst noch, jedoch ohne Hinzufügung der Zahl: Praescr. c. 25. 31. Prax. c. 15. Ieiun. c. 9. Monog. c. 13. Resurr. c. 23. Pudic. c. 13. 18.

Cap. I.

1. *Paulum, apostolum Christi.* Pudic. c. 14. p. 405.

4. *Genealogias indeterminatas* nominat. Praescr. c. 33.

Dubitabiturne ibidem pronuntiare has esse *fabulas* et *ge-*

nealogias indeterminatas, quas apostoli spiritus his iam tunc pullulantibus seminibus haereticis damnare praevenit? Valent. c. 3 ex.

Ibitur in illas iam *indeterminabiles quaestiones*, quas apostolus non amat. Marc. I. c. 9. p. 17.

Hinc illae *fabulae* et *genealogiae* [1] *indeterminabiles* et *quaestiones* infructuosae . . . a quibus nos apostolus refrenans . . Praescr. c. 7 med.

Christiano . . paucis ad scientiam huius rei opus est: nam et certa semper in paucis et amplius illi quaerere non licet, quam quod inveniri licet; [2] *infinitas* enim *quaestiones* apostolus prohibet. Anim. c. 2 ex.

15. Adfirmans . . *Christum ad hoc venisse ut peccatores salvos faceret, quorum primus ipse fuisset*, quid adicit?

13. *Et misericordiam sum consecutus,* [3] *quoniam ignorans feci in incredulitate.* Pudic. c. 18 ex.

Nec . . quisquam nostrum non *peccator* inventus est, cum Christus non alia ex caussa descenderit, quam *peccatorum liberandorum*. Idol. c. 5 in.

17. De quo et supra dixerat: *Regi autem saeculorum, immortali, invisibili, soli deo*, ... ut et contraria ipsi filio adscriberemus, mortalitatem, accessibilitatem. Prax. c. 15. p. 225.

---

1) II. 9. *indeterm.* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *interm.* Agob. Rig. — 2) II. 560. *indefinitas* coni. Pamelius. — 3) I. 834. *quoniam* lib. Clementis, Pam. Rig. *quod* Gagn. Gelen.

18. Illius denuntiationis de [4]qua ait: *Hanc denuntiationem commendo apud te, [5]filiole Timothee.* Praescr. c. 25.

19. (Cupiditate) quidam irretiti *circa fidem naufragium sunt passi.* Idol. c. 11 in.

19. 20. *Hymenaei* .. et *Alexandri* crimen si et in isto et in futuro aevo inremissibile est, *blasphemia* scilicet, utique apostolus non adversus terminum domini sub spe veniae *dedisset Satanae,* iam a fide in *blasphemiam* mersos. Unde et *naufragos eos iuxta fidem* pronuntiavit, non habentes iam solatium navis ecclesiae. Illis enim venia negatur, qui de fide in [6]*blasphemiam* impegerunt. Caeterum ethnici et haeretici quotidie ex *blasphemia* emergunt. Pudic. c. 13. p. 399.

20. Ipse apostolus [7]Phygelum et Hermogenem *tradidit Satanae, uti emendentur, ne blasphement.* [2 Tim. 1,15.] Fug. c. 2 ex.

Idem apostolus *Hymenaeum et Alexandrum Satanae tradidit,* [8]*ut emendarentur non blasphemare,* sicut Timotheo suo scribit. Pudic. c. 13. p. 398.

20. Et si dixit: *Tradidi eos Satanae, uti disciplinam acciperent non blasphemandi,* . . . .

. . de caeteris dixit qui, illis *traditis Satanae* i. e., extra ecclesiam proiectis, *erudiri* haberent *blasphemandum non esse.* Pudic. c. 13. p. 399.

---

4) II. 23. *quo* Rhen. I. Gagn. — 5) *filiole* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *fili* Rig. — 6) I. 820. *blasphemia* Gagn. — 7) I. 467. *Phygellum* Rig. *Phygelum* Rhen. I. Gagn. Gelen. *Phigellum* Pam. *Philetum* Gorz. — 8) I. 819. *ut enim darentur* Gagn.

Cap. II.

1. 2. Sed etiam nominatim atque manifeste: *Orate*, inquit, *pro regibus et pro principibus et potestatibus*, *ut omnia* [8]*tranquilla sint vobis.* Apol. c. 31.

5. Etiam apostolus Paulum: *Mediator dei et hominum*, *homo Christus Iesus.* Carn. c. 15 in.

1. Ut et [1]huic praecepto pareamus, *orando pro omnibus*, etiam pro inimicis nostris. [Mt. 5, 44.] Orat. c. 3 ex.

1. 2. Nos *pro* salute *imperatorum* deum [2]invocamus aeternum ... [3]quem et ipsi imperatores propitium sibi praeter caeteros [4]malunt. Apol. c. 30 in.

Precantes sumus [5]omnes semper *pro omnibus imperatoribus*; vitam illis prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem quietum [6]et quaecunque hominis et Caesaris [7]vota sunt.. Apol. c. 30 med.

5. Et apostolus etiam *dei et hominum* appellans *sequestrem*, utriusque substantiae confirmavit. Prax. c. 27 ex.

Hic *sequester dei atque hominum* appellatus ex utriusque partis deposito commisso sibi carnis quoque depositum servat in semetipso, arrhabonem summae totius. Resurr. c. 51 in.

[9]Resurget igitur caro et quidem omnis et quidem ipsa et quidem integra: in deposito est ubicunque apud deum per fidelissimum *sequestrem dei et hominum Iesum Christum*, qui et homini deum et hominem deo red-

---

1) I. 558. *huius* Fr. Iunius. — 2) I. 230. *vocamus* Goth. Rhen. I. II. — 3) *quem sibi imp. prop. praet.* Paris. IV. — 4) *mallent* Fuld. — 5) I. 232. *omnes* om. Paris. I. (Baluz.). Goth. Erlang. Fuld. Gelen. Pam. Erfurt. Oxon. — 6) *et* om. al. — 7) *sunt vota* Erlang. — 8) I. 236. *tranq. sint vobis* Rig. Haverc. *tranq. sint* Paris. I. II IV. Goth. Erlang. Rhen. I. II. Gelen. Pam. Herald. — 9) II 549. *resurget* 3 Vatic. Pam Rig. *resurgit* reliq.

det, carni spiritum et spiritui carnem. Resurr. c. 63 in.

7. Paulum, *apostolum* Christi, *doctorem* [10] *nationum in fide et veritate.* Pudic. c. 14 ex.

8. *Omni*, inquit, *loco*,

8. Praescriptum est . . . *omni* in tempore et *loco orare.* Sed quomodo *omni loco*, quum prohibeamur in publico? . . . . quem opportunitas aut etiam necessitas [11] importarit. Orat. c. 23 sq.

9. Quid . . est [12] in capite *feminae* corona, quam [13] formae lena, quam [14] summa lasciviae nota, extrema negatio verecundiae, conflatio illecebrae? Propterea [15] *nec ornabitur operosius mulier* ex apostoli prospectu, ut *nec crinium artificio* coronetur. Coron. c. 14 in.

Petri, cohibentis eodem [16] ore, quia eodem et spiritu [17] quo Paulus, et *vestium gloriam* et *auri* superbiam et [18] *crinium* [19] lenoniam [20] *operositatem.* [1 Petr. 3, 3.] Orat. c. 20.

9—15. [21] Quantum . . a [22] vestris disciplinis et professionibus aliena sunt, quam indigna [23] nomine Christiano, faciem fictam gestare, quibus simplicitas omnis indicitur? [24] effigie mentiri, qui-

10) I. 824. *nationum* — — *veritate* om. Gagn. — 11) I. 580. *importarit* Ambros. *importaret* Murat. — 12) I. 454. *in capite* Agob. Rig. *capite* reliq. — 13) *formae lena* om. Agob. *forma linea* Laurent. *formae linea* Rhen. I. — 14) *summae* Agob. — 15) *nec ornabitur* Agob. Rig. *non ornabitur* Pam. Iunius. *non coronabitur* Laurent. Rhen. I. Gagn. Gelen. — 16) I. 573. *ore* Rig. Murator. *more* Agob. (Hild.). Ambros. — 17) *quo Paulus* om. Agob. Rig. — 18) *criminum* Ambros. — 19) *lenonem* Agob. Ambros. Rig. Murat. Seml. Oehl. *lenoninam* coni. Semlerus. *leno-niam* Leop. — 20) *operositatem* Agob. Rig. Murat. *morositatem* Ambros. — 21) I. 721. *quam* Agob. (Hild.) — 22) *nostris* Pam. ex emend. Harrisii. — 23) *nomini* Agob. — 24) *effigie mentiri* Rig. P. Ciaccon. *effigiem mentiri* Rhen. I. Gagn. Gelen. Pam. *effigiem ementiri* Agob.

bus [25] lingua non licet? appetere quod [26] tuum non sit, quibus [27] alieni abstinentia traditur? adulterium in specie exercere, quibus studium pudicitiae [28] est? Cult. c. 5 ex.

12. Praescribens *silentium mulieribus* in ecclesia, ne quid [29] *discendi* duntaxat gratia loquantur. Marc. V. c. 8 ex.

Non permittitur mulieri in ecclesia loqui, sed *nec docere* nec tinguere nec offerre nec ullius virilis muneris, [30] nedum sacerdotalis officii sortem sibi [31] vendicare. Virg. c. 9 in.

Quam . . fidei proximum videretur, ut *docendi* et tinguendi daret *feminae* potestatem, qui ne [32] discere quidem constanter *mulieri permisit!* Bapt. c. 17 ex.

Cap. III.

1. Dat et apostolus nobis *concupiscentiam:*

1. *Si quis episcopatum concupiscit, bonum opus concupiscit.* . . . .

. . [1] Sed *bonum opus* dicens, rationalem *concupiscentiam* ostendit. Anim. c. 16. p. 241.

2. Quantum obstrepant sanctitati nuptiae secundae, [2] disciplina ecclesiae et praescriptio apostoli

25) *in lingua* Agob. — 26) *tuum* Ios. Mercerus. *ad tuum* Agob. *datum* reliq. — 27) *alieni abstinentia traditur? adulterium in specie* Agob. Rig. *alienum abstinendum: speciem* Gagn. Gelen. Pam. — 28) *sit* Agob. Rig. *est* reliq. — 29) II. 298. *discendi dunt. gratia* Gagn. Gelen. Pam. Rig. Gorz. *discendi dunt. gloria* Rhen. I. *docendi dunt. gloria* Rhen. I. in marg. — 30) I. 895. *ne duo* Rhen. I., libri Rhenani omnes. — 31) *vendicarent* Rhen. I. — 32) I. 637. *docere* Gagn. — 1) II. 519. *et* Agob. Rig. — 2) I. 680. *disciplinae* Rhen. I.

declarat, cum digamos non sinit *praesidere*. Ux. I. c. 7.

